
STROMATUM LIBRI TRES. PRO VARIIS SACROSANCTI CONCILIJ...

Willem : van der Lindt





STROMATVM LIBRI TRES.

PRO VARIIS SACROSANcti Concilij Tridentini Decretis, ac potissimum de suscipiendis vna cum diuina scriptura etiam Apostolicis Traditionibus: & pro Panopliæ suæ Euangelicæ atque Apologetici defensione, contra Martinum Chemnitium, & alios Momos.



Auctore R. D. VVilhelmo Damasi Lindano, Episcopo Ruręmundensi.

Librorum verò argumenta, & Capitum Elenchum: proxima post præfationem offendes pagina.

COLONIÆ.

Apud Maternum Cholinum.

M. D. LXXVII.

Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest.

REVERENDO ADMODVM VIRO, S. TH. L. D. IOHANNI STRYEN, ARCHIDIAcono Ecclesiæ Middelburgen. & eiusdem Vicario Generali, VVilhelmus Damasi Lindanus S. P. in Christo Iesu.



AVTVMNVM hunc venerabilis, semperque mihi ob veterem, minimeque simulatam, aut fucatam à teneris amicitiam, obseruande D. Archidiacone. statueram equidem visitandis nostris afflictissimis per sæuissimas istorum Theomachorum incursiones Ecclesis ad Mosæ, atque Vvahalis confluentiam sitis, impendere: sed expectata in dies fida, securaque peregrinandi opportunitas (Deo peccatis nostris adhuc iustissimè offenso: ac tantùm non immeritò sanè inexorabili) opus illud, etsi pernecessarium, peragere non patiebatur. Eadem caussa impedimento fuit, cur Synodum Autumnalem pro votis cogere non licuerit, quòd tutus satis ad nos Pastoribus nostris non videbatur accessus, vias vndique latronibus, sicarijs, & inhumanissimis prædonibus obsidentibus,

ipſorumque ſanguini efferatè inſidiantibus non minus, quàm crudeliter inhiantibus. Quod ergò temporis actionibus iſtis Ecclefiaſticis, Deo nondum indulgente, dare nódum licebat, contemplandæ veritati, pioque tuis oppugnatæ, calumnijsque varijs vndique exagitatæ, atque miſerandum in modum diuexatæ patrocinio tribuendum putaui, ne hæc vitæ ſuam ad metam properantis hora ſine linea (quod dicitur) effluerct, ſed aliqua ex parte neceſſarijs domus Dei negotijs porrò ſeruiret: immò vt animum meum quotidianis tam meorum & parentum, & cognatorum, & ciuium, & dulciſsimæ inprimis noſtrę patriæ à tyrannis oppreſſæ, quàm priuatis ærumnis, calamitatibus, laboribus, & doloribus vexatum nonnihil ſuauiſsima hac ſimul & amœniſsima veritatis Chriſtianæ meditatione recrearem, dulcique illo cœleſtis voluptatis torrente, qui de Dauidicis in pſalterio fluit torcularibus, tibi experientia iucundiſsima notis ſubinde refocillarem. Quod enim alijs odioſi laboris, & eius tetrici, ac permoleſti ſolet videri, nobis (gratia Deo immortalis) ſumma cum animi & infracti & indefeſsi voluptate exantlatur, vt non dicam, haud infrequenter mihi ſingulari Dei Optimi beneficio vſu veniſſe, vt dum mihi non leuiter, ſed dolenter admodum caput meo illo Carnifice (vti noſti) priſtina, & à te-
neris

neris inolita Hemicrania laboraret, ſuauiſsimis ſtudiorum Theologicorum paſtum fructibus ſuis redderetur vibus, ne quid meditandis Apologeticis, Eccleſiæque patrocinijs, aut conſcribendis noſtris nugis obſtaret. Dum igitur meo ab officio Eccleſijs viſitandis impendendo impeditus mecum diſpicio, quidnam hoc Autumno eſſet operis in manus ſumendum, in mentem venit operæpretium futurum, ſi Panopliam noſtram contra inuidos quorundam vitiligatorum morſus munirem, & venenatas aliquot execrandorum calumniatorum cauillationes refutarem, illiusque à plurimis deſideratam diu recognitionem expolirem: quod iam dudum facere animo decretum erat, poſtulantibus amicis & ſtudioſis plurimis, ac efflagitante literis frequentiſsimis Materno noſtro Cholino. Iſtud verò conſiliũ nouo ſuperiori vere in hanc Prouinciam petulantis militis irruptio interturbauit, immò quæ tunc collegeram ad Panoplię auctarium, inter componendas miſeras, & ſemilaceras ſarcinas, diris & infeſtis mihi hoſtium faucibus ſemel dudum meo malo expletis eripiendas interciderunt. Cęſis igitur illis inter Grauiam & Neomagium cœleſti magis ope, quàm humano auxilio, Eccleſiæ Catholicæ hoſtibus: quos ſua perdidit magis temeritas, & iniecta cœlitus ferocibus animis timiditas, quæ arma

ſuadebat proijcere, quàm noſtræ acies, cum vix ex dimidio ad conflictum conueniſſent, immò vixdum concurriſſent Regiæ copiæ: Cęſis, inquam, illis diuina ope infeſtis Eccleſię hoſtibus, atque Halcyonijs quibuſdam nobis redditis, excuſsi, quæ Bibliothecula (eheu) noſtra ex copioſiſsima (vti meminiſti) nunc rara: ex ditiſsima, nunc Gœſſarum direptionibus, barbariſque dilacerationibus paupercula, & ad trientem (licet heri vna hora duplo plures mihi vna ex huius oppidi caſula poſt menſes duodetriginta reddiderit, quàm Iudas accepit argenteos) vixdum recuperata, ſuggerebat Panopliæ noſtræ Euangelicæ à varijs Catholicæ Chriſti Ieſu Eccleſiæ hoſtibus oppoſita. Ea ſuis quaſi capitibus cum addidiſſem, atque operi recognito intertexuiſſem refutata, vidi opus non ſolum immodicè excreſcere: ſed ſeruatam etiam nobis illic Methodum perturbatum iri. Vnde non parum obſcuritatis aut moleſtioris fortè lectionis verebar candido lectori. Quare in Appendicum libros ea reijcere, videbatur conſultum, quos veterum more Stromata inſcripſimus, quod ex varijs veluti ſtaminibus atque lectiſsimis Theologicarum quaſi telarum licijs contexta videri queant: Cùm ego aduerſariorum ineptias ſequutus illa, cogor reſpondere, qui aut vanorum

norum argumentorum, aut anilium cauillationum; aut inanium ſophiſmatum ab illis Catholicæ veritati obiectorum diſſolutio videbatur ordine minus congruo efflagitare. Hos autem Stromatum libros, tibi V. D. Archidiacone inſcribendos duxi, quò apud poſteros (ſi modò viuere eis dabitur) aliquod noſtræ tam indiſruptę, tam inuiolatæ, ac nunquam à pueritia vſque reconciliatæ amicitiæ prorſus fraternæ indicium extaret. Putaui quoque triſtiſsimum tuum exilium, quod amiſsis cum Epiſcopatu Middelbargenſi tibi à moribundo Reuerendiſsimo & fortiſſimo Chriſti Confeſſore, inuictoque Catholicæ fidei propugnatore D. Nicolao à Caſtro, atque conſenſu Eccleſiæ Cathedralis credito, tuis omnibus tam æquo fers animo, hiſce ſcriptis non tam conſolandum, quam ad noua cum iſtis Chriſtomachis certamina excitandum.

Si .n. priſtinum tuum in Dei hoſtes ſcriptis tuis orbi declaraueris animum, adeo hiſce grauibus ſanè calamitatibus fractus non videaris, vt noua potius virtute ex alto cenſearis indutus, qua ad bella Domini depugnanda, in arenam prodeas animatior, vegetior, ſimul & inuictior.

Siquidẽ iãmpridẽ Sathanę tyrãnidem apud

Zelandos paſsim varia perfidia inualeſcentem ſtuduiſti profligare non infœliciter quidem, dum ſtaret Catholica illic Eccleſia. Nunc conuerſa rerum ſcena, quod illis non licet, alijs fidei noſtræ fratribus eſt vacandum: vt qua datur parte collapſam moribus per miſerum Belgium & quaſſatam Hæreſibus Dei domũ muniamus, propugnemus, inſtauremus. Hoc ſcopo tibi, mox accepto triſtiſsimo euerſæ, ac ſpoliatæ Middelburgen. Eccleſiæ nuncio, non ſimulatam obtuleram domicilij mei. imò (ſi literis ad te datis ſidem quis habeat) huius lectuli cummunionem: ne quid amico tam charo, tam mihi adamato, & Dei voluntate, atque Chriſti mei cauſa omnibus ſpoliato, deeſſet pro paupertina hac mea vitæ huius non fœliciſsime conditiuncula: donec nobis Deus Opt. tetricam iſtius miſellæ vitæ vſuram concederet, aut in meliorem (ſi videretur) permutaret. Verum tuis maluiſti ſtudijs apud Cambronẽſes tuos quondam diſcipulos, ſexennali Theologica tua profeſsione inſtitutos te reddere, publicisque Eccleſiæ Middelburgen. orphanę atque tantum non euerſæ negotijs inuigilare. Cùm igitur ſuauiſsima, mihique optatiſsima tua frui non daretur præſentia, hanc lucubrationem tibi Chriſti exuli mittere viſum fuit, vt quantum nobis tui deſiderium reliqueris, agnoſcas, & quod ſermonibus negatur, mu-

tuis

tuis ſcriptis aliquatenus compenſetur. Hunc itaque Stromatum Libellum, tuæ dedicatum amicitiæ, grato quæſo animo ſuſcipias: et ſi quid præſtare vnquam gratius noſtræ fuerit facultatis, noſti mea omnia & vniuerſa ex animo tibi paratiſsima, ac pro veteri Amicorum iure, immò Chriſti amore tua prorſus omnia non minus quam mea. Saluum atque incolumen te ſua cauſa & ſpoliatum, & exulantem ſeruet atque tueatur Deus Omnipotens, qui Zelandiæ veſtræ, totique, heu, miſero Belgio noſtro tandem placato, re fœliciter ac ſalutariter in Chriſto gubernandæ Eccleſiæ Middelburgen. grauiſsimo iſtoſtorũ Theomachorũ iugo vindicatę, tandem reddere dignetur propitius.

Vale diu incolumis in Chriſto Ieſu, Ruræmundæ pridie S. Martini, Anno 74.
Tui ſemper in Do. amantiſs, VVilhel. Damaſi Lindanus.

STROMATVM VVILHEL. DAMASI LINDANI PRO VARIORVM SS. CONCILII TRIDENtini decretorum, potißimum de Traditionibus Apoſtolicis non ſcriptis, & Panoplię ſuę Euangelicę, atque Apologetici, contra Martinũ Chemnitium & alios Momos defenſione.

INDEX,

Qui trium horum librorum exhibet Capita.

rus, Melanchthon, & Bucerus falsò redarguunt.

Quod Lindanus ex testimonio D. Epiphanij demonstrat, Euangelistas, Lucam & Marcum à Christo quondam defecisse, Chemnitius malignè arrodit, illius nomine dissimulato vt Lindano inuidiam conflaret, quasi Euangelistas suggillasset, ac Euangeliorum autoritas magis à personis scriptorum, quàm ab Ecclesia Christi approbante penderet. 4

Maximum illud fidei Christianæ dogma, de non rebaptizandis hæreticis, ex sola Christi Ecclesiæ Traditione stabilitum olim, & contra Synodum Africanam D. Cypriani defensum fuisse. Vbi Chemnitius perspicua D. Augustini verba dissidium tollentia, fraudulenter omisisse conuincitur, & alia eiusdem reclamantia, illum sycophanticè per suũ Sophisticũ (&c.) deprauare, ac repugnãtia huc detorquere, quæ ad aliud pertinent Ecclesiæ dogma nihil controuersum. 5

Stare igitur pro Catholicis inuictum illud D. Pauli 6
Capitulum: Tenete Traditiones, quas per epistolam, siue per sermonem accepistis, quod sophisticis conabatur Chemnitius deprauare nugamentis, vt nihil neq; credendum doceret, neq; ab Ecclesia suscipiendum, nisi quod firmis, ac manifestis doceatur scripturarum testimonijs: quum & Iudæi olim quædam fidei dogmata tenuerint, ex Patriarcharum Traditione: atque verus scripturarum sensus, qui à nudis verbis verè est distinctus, potissima verbi Dei portio meritò contestatur.

vbi Chemnitius falsi conuincitur, omittens Lindani verba, vt suis locum faciat calumnijs. Eundē Lindanum quædam etiam fingere garrit, quæ allegatis veterum Patrum disertis testimonijs dedit in Panoplia cōprobata.

Apostolos suū Catechismum fidei Christianæ scripturis nobis relictu non exposuisse, quemadmodum Chēnitius conatur imperitis contra Lindanum persuadere. 13

Posse ex Sacrosancto Trident. Cōcilij decreto, literis diuinis & Orthodoxorū omniū Patrū testimonijs consentaneo facillimam pacis Ecclesiarum inueniri rationem, si modò quidam Germaniæ Daui, pacifico Christi spiritu agerentur, & Apostolicam Euangelij verè Christiani quærerent concordiam. 14

Epistolam ad Romanos non esse à D. Paulo tanquā fidei methodum nobis propositam, vti contra Lindanū nugatur Chemnitius, sicuti nec cætera vlla apostolorū scripta. 15

STROMATVM LIB. II. VVILHEL. LINDANI CAPITA.

PRæfatio causas exponit, cur V. D. Martinus Doncanus, & docti alij Catholici contra grassantes passim hæreses stylum stringere, atque gladium verbi Dei debeā in hæreticos friuolis argutijs, & deprauatis Orthodoxorū Patrum testimonijs populo Dei exitialiter insidiantes vibrare. Lib. 2 ca. 1.

Diuū Cyprianū à Lindano in Panoplia recitatum verè stare pro non scriptis fidei Traditionibus, ideoque non scelerate fuisse, quod criminatur Chemnitius à Lindano 2

phano priscorum Hæresiarcharū studio periculū metuit, ne falsa pro veris pio Dei populo à Catholica Christi Ecclesia obtrudantur.

Quantoperè fides Christi nunc ex contrarijs diaboli sectis per Euangelicos renouatis confirmetur, & in- 12
uicta persistat in piorum cordibus, qui ex animo verum Christi quærunt Euangelium.

Virulenta Chemnitij calumnia in Concil. Triden. sycophanticè proiecta depellitur: quod clarißimam
scripturarū lucem cogat relinquere, atque incertarū 13
Traditionum tenebris fidem concedere.

Stromatum Libri 3. Capita.

PRæfatio deplorat pudendam quorundam hominū Ecclesiasticorū ignauiam: cùm tam indefessam videamus Aduersariorū Christi Ecclesiæ diuexandæ ac 1
dißipandæ operam: contra quam eximiè laborat V.D. Iacobus Pamelius, cuius laudes perstringūtur, & addenda sua in hæreticos scripta inuitatur.

Locum D. Epiphanij à Lindano pro statuendo ex Apostolica Traditione Purgatorio allegatum, verè, quod agitur euincere. Vbi Chemnitij fallacia subdola
simul & calumnia refellitur, Patres veteres impijs 2
vulgi opinionibus hac in re ceßisse.

Falsum sibi iacit fundamentum Chemnitius de Aerij dogmate, vt catholicam diuexet Ecclesiam.

Cùm de re cōstet, iuuari mortuos pijs viuorū auxilijs, Chemnitius de aliquot vocabulis temerè rixatur.

Dimidiū sentētiæ à D. Ephiphanio quōdā Aërio Hæ- 3
resiarchæ obiectæ dißimulat Chēnitius, quo & ille, & 4
Lutherani suo Magistro Luthero repugnantes certò uaidenter iugulantur.

Caussas

STROMATVM VVILHELMI LINDANI PRO DEfensione Tridentini Decreti de Traditionibus, atque suæ Panopliæ, Apologeticique patrocinio:

LIBER PRIMVS.

VARIE à varijs Panoplia nostra abhinc annis ferè quindecim, pro statuendo verbo Dei Euangelico, partim per Epistolam, siue scripturas diuinitùs inspiratas; partim per sermonem (vti Paulus disertè asserit) siue per Traditionem non scripto, sed viuæ vocis oraculo, & doctrina Apostolica Ecclesiæ Christi Catholicæ relicto, ac tanquam depositum assignato fuit oppugnata: contumeliosisq; conuitijs & sophisticis cauillationibus diuexata. Eam inter cæteros Christianæ concordiæ hostes, ac implacabiles veritatis Euangelicæ oppugnatores, locis propè infinitis inuidè mordere, insolēter vexare, improbè exagitare, deniq; *Scripti huius occasio.*

 calumnio-

calumniosè oppugnare Martinus Chemnitius Lutheranorum Superintendens fuit aggressus. Omnia eius Sophismata, ne pueriles, & aniles ineptias dicam, nunc persequi, nec huius est instituti, nec digna sunt, de quibus piorum Lectorũ aures equidem arbitror obtũdendas. Quare nos illa modò refellere cogitamus nugamẽta quę dignũ respõsione nodũ obijcere videbãtur, reliqua suo seruabimus loco, peculiariter & fusiùs pertractanda, quã patiatur horum Stromateon institutum. Argumentis aliquot initio Panopliæ ostendere aggrediebamur, aduersarios Catholicam Christi Ecclesiã, nũc tẽpestatis vndique oppugnantes, suis telis in nos cõparatis seipsos iugulare. Dũ enim conãtur nobis Traditiones nõ scriptas de manibus eripere, ipsi sibi incauti necẽ struũt, quod plurima à Matre nostra Ecclesia Christi Apostolica subripiũt, vereq́; suppilãt dogmata, quę nullo scripturarum testimonio refractarijs valeãt liquidò probare, quemadmodũ de scripturarũ Canonica. u libris est Solis luce manifestius, etiã ipsorũ Antesignanorũ cõsensu, vt Brentij,


Libro Canonicæ scripturæ cũtra scripturam verbi Dei testimonium sola traditione pijs omnibus suscipiendos.

Brētij, Melāchthonis & aliorū. Istud tā est indubitatū, vt ne Chēnitius quidē, alioqui vitiligator pertinax, & iniquo admodū animo, veri iuxta ac Christianę pacis exoso, ausit inficiari. Octo enim Traditionū genera sibi stolidè magis, quàm philosophicè, aut Theologicè fingēs, secundū esse dicit (cum in primo suo genere cōtineatur) quod libri scripturæ sacræ non interrupta serie tēporū, & incerta cōnexionis successione ab Ecclesia custoditi, & fideliter ad posteros trāsmissi, nobisq; quasi per man⁹ traditi sunt. Hāc Traditionē (inquit fol. 306.) qua nobis in manū dātur sanctæ Scripturæ libri reuerēter suscipimus. Optimè habet Chēniti, quòd ingenuè profiteris, ac perspicuè tādē exponis, vera tui subdoli animi sensa: quę soles subdola verborū caligine ad fucū imperitis faciēdū nō raro inuoluere. Hanc igitur scripturarum traditionem, dum tam reuerenter suscipis, vide an te tuo ipse Chemniti non conficias telo: quo nos impetendos putasti. An non manifestè igitur traditiones non scriptas recipis? Quo enim S. scripturę testimonio

Suo sese gladio iugulas Chemnitius, scripturas ex sola traditione reuerēter suscipiens

hoc potius Matthæi, quàm Matthię recipis Euangelium? Cur potius Lucę aut Marci, quā Petri, Thomę, aut Bartholomei? Atqui ab Ecclesia illud reuerēter suscipimus, inquis, à qua sunt Scripturarū libri custoditi, & fideliter ad posteros transmissi. Istud & nos omnium verissimū prædicamus, sed Seuerianis, aut Ebionitis, aut vestratibus Suuenckfeldianis, vafro isthoc effugio non satisfeceris. Nam illos Scripturarum libros, & tibi Ecclesia sine scripturis tradidit, & sine scripto testimonio transmisit. Nusquam enim legas, quatuor tantùm esse Euangelia, hoc Euangelium esse Matthæi, aut Lucæ, nisi quia sine scriptura, hoc ita docet, & indubitanter affirmat Catholica Christi Ecclesia. Si ergo pari reuerentia illi habeas fidem in cæteris Christianæ doctrinæ capitibus, quam hac in re illi te simulas habere: iam inter nos conueniat optimè. Illo autem concesso tā magno, ac verè irrefragabili doctrinæ non scriptæ capite, audes tamen incogitanter iuxta ac temerè ogrunnire. Nihil autem patrocinatur (inquis) hoc

Traditionis genus (quo ſcripturæ nobis ſine ſcriptura in manus traduntur) Pontificis, qui pugnant pro dogmatibus, quæ nullo ſcripturæ teſtimonio probari poſſunt. Immò & pro his, & pro alijs Chemniti. Nam vtrumque genus nos pari reuerentia à pia matre noſtra Catholica Chriſti Eccleſia ſuſcipimus. Viderit ergò æquus controuerſiæ iſtius iudex, an non magnoperè patrocinetur Traditionibus. ſola viua voce traditis, iſtud S. Scripturarum exemplū: quòd eas mera traditione, non vllo SS. Scripturarum teſtimonio nos, immò vos etiam ipſi, neceſſariò ſuſcipimus. Sola enim Eccleſię vox non ſcripta, nō literis mandata, ſed fideliter per manꝰ ad poſteros tranſmiſſa teſtatur, immò docet, demonſtrat liquidò, & euincit. adeò eas eſſe Canonicas, quia Chriſti ſponſa tales habet ipſas, ac pro indubitato Dei verbo in nomine Chriſti mandat ſuſcipiendas, reuerenter amplexandas, omnique veneratione colendas.




Ac autem Traditione, non fatetur Eccleſia (quod impiè cōminiſci- CAPVT II

miniſcitur Chemnitius) ſeſe alligatam ad vocē doctrinæ ſonantis in ſcriptura, Quia ſuſcipiendo libros Canonicos declarat & profitetur, filijs ſuis eos ſuæ doctrinæ ab Apoſtolis anteà traditæ cōſentire, & per omnia veritati Euangelicæ priſtinis Apoſtolorū ſermonib' ſibi relictæ cōuenire, atq; ſuauiſſimè cōſonare. Deinde illud etiā quàm eſt ineptū, vereq; abſurdū, Eccleſiā alligatā ad vocem doctrinę ſonātis in ſcriptura? At vnde, Chēniti, quęnam ſit vera demùm vocis illius in ſcriptura ſonātis ſentētia, an Martiniſtarum, an Caluiniſtarum, an Anabaptiſtarum diſcernas? An non iſtud ſolius eſt veræ atque Catholicæ Chriſti Eccleſiæ? D. Irnęus pręclarè docet, quoſdam Chriſtianos populos in annum vſque Chriſti ducenteſimum ſine ſcripturis fidem coluiſſe Euangelicam. Perſequutione illa Deciana & Diocletiana libros omnes Euangelicos Sathanas Chriſtianæ Eccleſiæ conabatur eripere, flammis tradere, ignibus perdere: quod & locis fecit plurimis. An quis tam inſaniat, qui Eccleſiam illorum locorum vocibus in ſcriptura ſonan-

An Eccleſia ſit ſcripturis alligata: an potius ſcripturæ à vero ſuo Eccleſiæ Chriſti pendent ſenſu, quem ſola docet verum Catholicæ Chriſti Eccleſia, à qua illæ potius idcirco pendere cenſeantur. Scripturæ nam que ſine ſuo ſenſu vero non ſunt ſcripturæ.

ſonantibus dixerit alligatā? Quod ſi fortè calamitate aliqua publica pijs Dei cultoribus litera & ſcriptura pereat ſuis cū codicibus Euāgelica (quod vt nunc paſſim iſti moliuntur Theomachi ſuis incendijs, ſacrilegis dilacerationib⁹ & nefarijs Bibliothecarū direptionib⁹: ita certè magis conabitur magnus ille Antichriſtus, cui indubiam tot infauſti præcurſores modo parant viā) an quiſquā citra impietatis notā auſit dicere, Eccleſiā illā ſonantibus in Euangelio vocib⁹ alligatam? an doctrinæ potiùs Apoſtolicæ illi ab exordio cæteris concorditer ſine ſcripto traditæ? Non enim illis in literis perituris, aut mortuis charactesibus verum eſt Chriſti Euangelium, vt illis aut hominum incuria pereuntibus, aut Dæmonum inuidia intercidentibus, aut denique Tyrannorum flammis, & rabida perſequutionis iniuria intereuntibus, perire dicendum ſit Euangelium: ſed in ſuo ſenſu, atq; germano intellectu vnà cum illis per Apoſtolos Eccleſiæ traditio, ac tanquam Chriſtianum patrimonium aſſignato. Hunc enim ſi vocibus Euangelij ſcri-

ptis detrahas, quod vniuersi faciunt hę retici, tam veteres, quàm noui, nostris temporibus, aduersus Ecclesiam Dei ad salutare charitatis conseruandæ, tuendæ, adeoque acuendæ exercitium grassantes: non iam Christi habeas Euangeliũ, sed hominũ. Pręclarè à D. Hieron. dictum legimus: Marcion & Basilides (inquit Com. 2. ad Gal. cap. 1.) & cęteræ hæreticorum pestes: non habent Dei Euangelium, quia non habent Spiritum sanctũ, sine quo humanum fit Euangelium, quod docetur. Nec putemus in verbis Scripturarum esse Euãgelium, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla: non in sermonum folijs, sed in radice rationis. Et infrà: Grãde periculum est in Ecclesia loqui, ne fortè interpretatione peruersa de Euãgelio Christi, hominis fiat Euangelium. Quod vt rectè asserit D. Hieron. prisca illa piorum auorum ætate, per execrandas Ecclesiæ pestes Marcionem, Basilidem, Manichęum, Arrhium, Menandrum, & similis farinę homines factum sua ipsorum & aliorum perditione fuisse: ita & nunc pij omnes perdolenter

dolenter vident, per impios illorũ imitatores, Lutherum, Bucerum, & Melanchtonem Manicheizantes, Caluinum, Bezam, & Blandratam, Arrhianizantes, & alios similes: ætate ista humanę doctrinæ magistros tentari, vt ex Christi Euangelio humanum fiat Euãgeliũ. Manebit autem Dei Euangelium quod à Christo est per Apostolos mũdo annũciatũ, donec fract⁹ illabatur orbis: sed suo à sensu Ecclesię Apostolicæ vna tradito nequit separari magis, siue scriptum existat, siue nõ scriptũ, quàm à corpore anima: nisi ex Christi Euãgelio velis hominum tibi cudere Euangelium. Quod vniuersis euenit, prô dolor, Hæreticis, qui fraude diabolica illusi, pro Dei Euangelio cum illis priscis Hæresiarchis suis Auis, humanam amplectuntur & exosculãtur doctrinã. Nõ est igitur veritati consonum, quod inaudita post Christianorũ memoriam audacia, dicam, an rabie Sathanica, Nouatores isti lectoribus imperitis conãtur persuadere, Catholicam Christi Ecclesiam, vocibus in Euangelio sonãtibus esse alligatam, quas varij suam in
 perni-

perniciem deprauant & nunc, & olim hæretici, ſed illas voces tanquam Dei verbum, reuerentia ſumma ſuſcipiens, eas iuxta depoſitum illud Apoſtolicum & germanam Euangelij ab initio viua voce traditi ſententiam intelligit, interpretatur, docet, poſteriſque ſuis fideliter tranſmittit. Non eſt illis inquam vocibus ita alligata, quaſi plura non poſſit fidei dogmata ſuſcipere, aut ſuſcepta potius obtinere, ſuiſque porrò diſcipulis tradere: ſed illis ſcripturis, tanquam lucerna inſtructa, vniuerſis diuinam ſuę doctrinę originem monſtrat, ac firmitatem ſuam omnibus inferorum portis ſiue per Philiſophos, ſiue per Tyrannos, ſiue per hæreticos ad miſerorum fratrum fallaciam comparatis inuictam oſtendit.

CAP. III Puerorũ Baptiſma negat Chemnitius Traditione Chriſtianos obſeruare.

SVo igitur telo licet iaceat iugulatus Chẽnitius, dum Traditionem ſcripturarũ diuinarũ ſine expreſſo ſcripturæ teſtimonio reuerenter, nobiſque concorditer ſuſcipit: audet tamen litem Catholicis intentare, de puerorũ Baptiſmo. Hũc fidei Chriſtianæ articulum inter cætera illius Axiomatis

matis capita euersoria (quo nihil suscipiendum volunt istius tempestatis Euangelici, quàm quod scriptum est) obiectum Aduersacrijs eum nobiscum concorditer obtinentibus, quò nam verbi Dei testimonio queant contra Anabaptistarũ furores dare confirmatum? Certè ipse Lutherus, & Melanchton, & omnium Christomachorum huius seculi doctissimus simul & validissimus Martinus Bucerus, istud ingenuè cogebantur profiteri, quemadmodum primo libro Panopliæ satis est demonstratum. Ne tamen Chemnitius isthoc inuicto suorum Magistrorum præiudicio videatur superatus, ita suo scribere audebat examine. Patres quando dicunt, Baptisma paruulorum esse Traditionem, idem probat (inquit fol. 837.) & confirmant certis & manifestis scripturæ testimonijs. Quod vanissimum esse mox demonstrabimus, cùm ad indubitatam illi etiam confugiant Ecclesiæ traditionem, ab Apostolis sine scripto relictam. Deinde subtexuit: Et quia Lindanus hac traditione nobis insultat, quasi dogma aliquod fidei

Vide Panopliam lib. 1. ca. 7. & 8.

ſine Scripturæ teſtimonijs, ex ſola Traditione non ſcripta recipiat, annotabo aliqua veterum teſtimonia, quę valde multis Scripturæ teſtimonijs probent, & confirment, illam Traditionem, paruulos eſſe baptizandos. Ad hanc rem demonſtrandam, varia in medium profert veterum PP. teſtimonia, quibus docent illi quidem paruulos eſſe baptizandos, quod ſecundum Scripturas paruuli etiam peccato ſint contaminati: ſed hanc Baptiſmi paruulorũ traditionem, nuſquàm Patres teſtãtur eſſe in Scriptura, quaſi ea ſuam authoritatem & fidem, ex manifeſto habeat ſcripturarum teſtimonio, & nõ potiùs ex ipſa non ſcripta doctrina Apoſtolica certiſſimo tradita. Cùm inueniatur in Ecclesia Chriſti ab initio ſemper obſeruata, quanquàm nec ſcripto (vt ait Auguſtinus) nec in Concilijs inſtituta. Hac igitur traditione magis Patres vtebantur, quàm illis ſcripturarũ teſtimonijs, ab eis allegatis, quibus dogma traditum demonſtrabant conſonum, verèque conſentaneum. Quari ſi quis accuratè expendat, illa per eos hanc in rem

Auguſt, de Gen. ad Lit. cap. 23.

rem allegata ſcripturarum teſtimonia,&alia eis opponat, quæ fidem ac rectam in Chriſto inſtitutionem apud Matth. & Marcum videntur exigere, non auſi fortè fuiſſent, veteris illa tam indubitato ad paruulos etiam accommodare: niſi ex certiſſima Traditione Apoſtolica, & ea tacita didiciſſent, paruulos etiam, qui nondum credere poſſunt, ſemper ab ipſo vſque Apoſtolorũ tempore fuiſſe baptizatos. Nam quæ Chemnitius, certa & manifeſta ſcripturarum pro paruulorum Baptiſmo crepat anhelo ſtomacho teſtimonia, D. Auguſtinus coniecturas vocat. Si quiſquam authoritatem diuinam in hac re (inquit lib. 4. cap. 23. cõtra Donatiſtas loquens de paruulis, qui nondum poſſunt credere, aut confiteri) quanquàm quod vniuerſa tenet Eccleſia, nec Conciliis inſtitutum eſt, ſed ſemper retentum eſt: nõ niſi authoritate Apoſtolica traditum certiſſimè creditur: tamen veraciter conijcere poſſumus ex circũciſione carnis, quam prior populus acceperat, & quæ ſequuntur. Vbi D. Auguſtinus in cõfirmatione doctrinæ

Ex coniecturis D. Auguſtini audet certa, & indubitata. Chemnitius fabricare teſtimonia, Ita nouit ex muſca elephantem cudere bellus iſte faber Vulcanius, modò Catholicæ incommodet Eccleſiæ, pacemq; perturbet Dauus.

à Catholica Christi Ecclesia proponi, tanquàm fide suscipiendū, certa Apostolorum traditione ad posteros propagatum. Qua in re, liquidò apparet: quanta sit Sponsæ Christi authoritas in tradendis Fidei dogmatibus, aut libris certò pro Canonicis suscipiendis, & perpetuum obtinendis: quẽadmodum dictis Panopliæ capitib' est demōstratū.

CAPVT IIII.



Aeterùm, quod nos ad statuendam Ecclesiæ Christianæ authoritatem, quæ in Euangelijs Apostolorum nominibus in vulgus editis, aut reprobandis Apocryphis, aut approbandis legitimis eximiè effulget, docuimus ex luculentissimo D. Epiphanij testimonio, Chemnitius calumniandi & nostra eleuandi studio scribit nos dicere D D. Marcum & Lucam, fuisse Apostatas. Tomo enim primo sui arro antissimi iuxta ac insulsissimi in Concilium Tridentinum examinis, ita dissimulans nostra verba manifestissima, scriptum reliquit. Marcum & Lucam Lindanus dicit anteà (inquit fol. 230.) fuisse Apostatas, vt qui Iohan. 8. à

Suggillationes in Lindanum depulsæ

Christo

Christo defecerint. An non ita D. Epiphanius tradit disertis verbis Chemniti? Cur ergo tantum authorem à nobis nominatim citatum dissimulásti? Sed caussa obscura non est. Agnoscebat homo versutus, quàm sit irrefragabile, prorsusque inuictum hac vna in re argumentū, pro stabilienda Ecclesiæ Catholicę authoritate in statuendis semel omnibus non solùm ipsis scripturis: sed dogmatibus etiam Christianis, certoque Euangelicis, quòd Euangelia sub Apostolorum Bartholomei, Thomæ, ac Pauli nominibus edita: sunt potiùs reprobata, quàm discipulorum Lucæ & Marci, qui aliquando fuerant à Christo separati, siue dispersi. Hac enim in re illustris cùm primis elucet authoritas Ecclesiæ Christianæ, quæ discipulorum potius, & eorum qui aliquando à Christo defecissent, approbauit Euangelia, quàm Apostolorum, qui nunquā ab eo defecisse leguntur. Quò igitur istam inuictam simul & vniuersorum hæreticorum victricem obscuraret ac eleuaret Ecclesiæ Christianæ in statuēdis scripturis, aut dogmatibus certò

Euange-

Euangelicis authoritatem, de scripturis disputaturus, scribit Lindanum dicere, istos duos Euangelistas à Christo apostatasse, quò minus ea res inueniret fidei apud imperitiores lectores, nostrūque hac ratione denigraret nomen, quasi ea nos primi (vt locis sexcentis cōtumeliosè nostri infamandi gratia annotat) confinxerimus. Veniam mereri queat Chemnitius, si aut memoria lapsus, aut inscitia deceptus, ista scriberet, sed cùm tā disertè allegauerim hac pro re asserenda perspicuum omnibus D. Ephiphanij locū, sua excæcatus malitia in calumniam maluit rapere, quā candidè veritatem nobiscum profiteri, ne qua superesset conciliandæ aliquando Ecclesiasticæ cōcordię animo eius parum Euangelico exosæ ratio. Porrò ne quis dubitet, de D. Ephiphanij sententia, huc eius adferemus verba, ex loco priùs Chemnitio indicato deprōpta. Sic enim habet in Alogis lib. 2. to. 1. Statim post Matthæum insequutus est Marcus, iussus à S. Petro Romæ Euangelium edere, & vbi suscepisset, mittitur à S. Petro in regionem Aegyp

tiorum. Hic autem vnus erat de 27. diſperſis ob verbum, quod dixerat Dominus: Niſi quis ederit meam carnem, & biberit meum ſanguinem, non eſt me dignus: velut Euangelij verba legẽtibus clarè indicatur, tamẽ per Petrum reuocatus dignus euadit impleri Spiritu ſancto, & Euangelium tradere. In eandem ſententiam & de D. Luca paulo inferiùs ſcribit. Hoc enim Euangelium ſcribere demandatum fuit Lucæ, qui & ipſe vnus de 72. ob ſermonem Domini diſſipatus fuit, verùm per Sanctum Paulum rurſus ad Dominum reflexit, qui & Euangelium ipſi prædicare commiſit. Et prædicat primum quidem in Dalmatia, ac Gallia & in Italia, ac Macedonia. Principium autem in Gallia fuit, velut etiam de comitibus quibuſdam ipſius in Epiſtolis ſuis idem Sanctus dicit, Creſcens inquit, in Gallia. Non enim in Galatia, velut quidam decepti putant, ſed in Gallia legendum eſt. Quod D. Ioan. ca.6. de quibuſdã Chriſti diſcipulis diſertè dixit, multos abiiſſe retro, nec amplius cum eo ambulaſſe, immò in ipſum non crediſſe

disse, vnde & Apostolos interrogabat, nunquid & ipsi velint abire ὑπαγεῖν discedere atque se deserere, D. Epiphanius alia voce molliore διασκορπιζῆναι dispergi expressit, sed ita vt à fide Christi excidisse non neget, quia Marcum dicit à Petro, & D. Lucam à D. Paulo reuocatum, siue ἀνακάμψοντα reflexum & veluti retractum ad Dominum Christum. Non erat igitur causa, vt huius rei fidē in dubium reuocares Chemniti, atque nomen meum de rei tantæ fide suspectū imperito lectori redderes, qui me (si verum nō credebas) cum Epiphanio grauissimo Authore abs te fraudulenter dissimulato errare debuisses, adnotasse. Sed ex artibus tuis sophisticis perspectum tenebas, quantū adferant momenti præclara veterum authorum nomina, à nobis ad fidem lectoris conciliandam allegata, dissimulare. Nam ea re agnosceres, orbique declarares te Orthodoxis patribus temerè, immò stolidè refragari, quod cauisse magnopere tibi ad obtegendas tuas fraudes sacrilegas putasti necessarium. Istud fallendi studium magis in illum D. Iohannis

Sophistica prorsus arte Chemnitius interdū dissimulat veterum Patrum nomina Catholicis suffragantia, vt minùs temere videatur cauillari.

Epist. locum inferiùs declarasti, quando in me effutire, immò debaccbari nō erubuisti. Quod in 2. & 3. Epist. inquis, quæ Iohannis nomine feruntur, dicitur: Cùm multa haberem quæ scriberem, nolui per chartam, atramentū, & calamum: sed spero protinus me visurum te, & ore ad os loqui. Hoc Lindanus ita deprauat, præcipua quædam fidei capita, & sublimiora Christianismi dogmata Apostolos noluisse papyro & atramento peritura credere; sed vt perpetua essent, traditionibus commendasse. Sed impudens figmentum, & manifestum mendacium est, quod textus hoc, vel dicat, vel sentiat. Quod ego ex liquidis veterum PP. Oecumenij & aliorum Commentarijs statuere sum annisus, suæ prçclaræ istius memoratus Chēnitius, illos dissimulans, me vnum accusat, & impudentis figmenti, & manifesti mendacij. Verùm de hoc infrà suo aptius loco.

CAP. V. FVit & illud non leuissimum fidei caput, Aduersarijs nostris in Panoplia oppositum: de rebaptizandis Hæreticis ad Ecclesiam ab hæresi-

resi venientibus, quod hac in re quædã est Ecclesiæ consuetudo, quę nullo scripturæ testimonio (vt verè ait D. Augustinus) potest comprobari, aut confirmari. Hic igitur sese ipsa veritate superatum, conclusum, & in angustias adactum sentiens Chemnitius, varia molitur effugia, vt suum figmentum imperito lectori persuadere pergat, non fuisse à Patribus vllam receptam fidei Traditionem, nisi quia certis, inquit, & manifestis scripturarum testimonijs fuerit confirmata, Hoc igitur Traditionis nõ scriptæ exẽplũ, quod in recipiendis hæreticis per Baptismũ, aut solam manus impositioné sitũ est, potest vel solum rẽ istam inter nos nunc controuersam, liquidò æquè ac certò definire. Quod sentiens Chemnitius euidenter pro nobis stare, ita illud stropha verè sophistica, si vlla vnquam alia, conabatur ex D. Augustino subuertere, quem tamen totum pro nobis stare nõ dubitabit, qui plena eius verba non sacrilegè per Chemnitium truncata, aut nefariè adulterata animaduerterit. Quia illæ Augustini sententiæ (inquit

De non rebaptizandis hæreticis dogma ex sola Ecclesiæ Christi traditione stabilitum fuit olim, & defensum.

fol.341.ex cap. 7. lib.2. contra Donatist. & lib.1.33. contra Cresconium) vbi dicit: Quamuis huius rei non certæ de scripturis Canonicis non proferatur exemplum, Traditioni & consuetudini Ecclesiæ sine testimonijs scripturæ plus culũ tribuere videri possunt, loca quædam ex ipsa Augustini disputatione annotabo, quibus ostendam ipsum nullo modo secutum Traditionem, aut consuetudinem, quę nullo scripturę testimonio probari possit. Multis quidẽ scripturarum testimonijs vsos vtriusque partis huius controuersiæ defensores D. Augustinus ostendit: tamen nusquam asserit sententiam Cypriani ex certis & manifestis scripturis damnatam, immò disertè docet, quod non certum huius rei de scripturis proferri queat exemplum, lib. 1. cap. 33. contra Cresconium. Rursus lib.5.cap.23. cõtra Donatistas perspicuè docet Apostolos nihil quidẽ hac de re, siue exinde præcepisse: sed consuetudinem illam, quæ Cypriano opponebatur (quę verba tria fraudulentia prorsus sacrilegia Chemnitius dissimulat, quòd in eis cardo sit con-

Incautus se iugulat Chẽnitius testimonium D. Augustini recitãs, quod pro nobis stat

controuersiæ) ab eorum traditione exordium sumpsisse credendũ est. Quid hic superest scrupuli Chemnitii? an non disertè D. Augustinus sententiam Cypriani & Afrorum fuisse ait, mera Traditione non scripta Apostolorum deletam, de qua nihil Apostoli scriptũ reliquerunt? Nuda ergo & mera huius dogmatis Traditione, siue indubia Ecclesiarum consuetudine ab Apostolis exorta D. Augustinus docet Patres in Concilio Generali sententiam D. Cypriani de rebaptizandis hæreticis dãnasse: quod illius facto varijs scripturarum argumentis munito, illa Ecclesiarum Dei consuetudo opponebatur, qua solet venientes hæreticos sola manus impositione reconciliare, ac non rebaptizare. Quo verò inuictam hanc non scriptæ huius Traditionis authoritatem D. Augustinus magis confirmaret, ex hypothesi transit ad thesim. Sicut sunt multa, inquit eodem cap. quæ vniuersa tenet Ecclesia, & ob hoc ab Apostolis præcepta benè creduntur, quanquàm scripta nõ reperiãtur. Quibus disertissimis D. Augustini verbis

Clariss verba D. Augustini sacrilege omisit Chemnitius quæ controuersiæ cardinẽ continent, ac ipsum manifeste consiciunt.

bis sesciugulari sentiens Chemnitius, sophisticā, immò diabolicam excogitat Stropham, qua sequentem eiusdem sententiam nefaria fraudulentia decurtat, detorquet, atque scelerate deprauat. Sed audi (inquit fol. 343) quid mox subiungat: Contra mandatum Dei esse, quod venientes ab hęreticis, si iam illic Baptismum Christi acceperant, baptizantur, quia scripturarum sanctarum testimonijs non solum ostenditur, sed planè ostenditur, &c. * Ita sua falcè hac Sophistica (Et cæter.) luculentissimam D. Augustini decurtat, vereq; detruncat sententiam Chemnitius. O præclarum Concilij Tridentini examinatorem. O fidelem decretorum Tridentinorum censorem. Dignissimus sanè, qui principem inter omnes Cyclopicos istius Lutheranæ factionis duces teneat locum, quòd sica sua sophistica illustre hoc D. Augustini (vt & aliorū Patrum non rarò) testimonium tā manifeste sibi aduersarium, tam euidenter

Apostolica Ecclesiarum cōsuetudine non scripta fuit Cypriani & Afrorum sententia in Concil Generali damnata: quod fraudulenter Chemnitius ex verbis Augusti D. August. verba nefarie Chemnitius detorquet, ac sacrlege,

* *Perspicua* per suum Sophisticū, (&c.) decurtat. quia de alio doctrina *apertissime* capite loquuntur.

ter pro EcclesiæChristiCatholicæ concordia,immò pro veritatis Euangelicę victoria faciebat, nouit suis inuertere calumnijs,seruiturum. Quod enim iste mutilatũ recitat,non est ab Augustino dictum, de ista suscipiendorum ab hæresi venientium hæreticorum Traditione,quo perquàm scelerato studio detorquet Chemnitius: sed planè ostendi docet Vir Sanctus,ex scripturis multos Pseudochristianos Baptismum communem habere cum Sanctis. Quod Cypriani argumenta omnia licet in speciem robustissima, prorsus euertit, quia & Hæretici possunt modo simili habere Baptismum, etiamsi Spiritum Sanctum non habeant. Ideoque verè baptizare: Atque propterea non esse rebaptizandos, qui apud illos Christi Baptismum acceperunt, Sicuti nec rebaptizandi sunt, qui ab Hypocritis, aut peccatoribus manifestis sunt in Ecclesia Christi Catholica baptizati. Quod quia apud vniuersos in confesso est, verè D. Augustinus de ipso dixit, planè ostenditur multos Pseudochristianos baptismum communem cum

Quá fide Chemnitius verba Concilij Trident. examinare aßolet.

Sanctis charitatem. Quæ verba liquidissima veritatis luce illustria, qui apud D. Augustinū vel legere nō grauabitur, agnoſcet ex iſtis (quod dici ſolet) vnguiculis leonem, quali nam fide iſte cenſor verſetur in fabricandis ſuis Sathanicis contra Conciliū Tridentinū ſtudio verè Theomachico intentatis, qui in primario hoc fideicapite, tam infeſtè oppugnando, ſceleratam adeò & Sathana ſuo mendaciorum Magiſtro digniſſimā, non erubuit perfidiam tam euidēter iuxtà ac impudenter deſignare.

CAPVT VI.



Stas Chemnitianas inſidiandi, fallendi, mētiendi, deprauādi, ac detorquendi præclaras Orthodoxorū Patrum ſententias, & artes qui diligenter conſiderat, ac veram D. Auguſtini doctrinam adeo perſpicuam de primario fidei capite ſola Eccleſiæ Traditione ſtabilito ſecum recogitat, agnoſcit, Catholicos in hac re non aliud docere aut propugnare, quàm quod Apoſtolicū illud poſtulat mandatū: State ac tenete traditiones, quas accepiſtis ſiue per Epiſtolam, ſiue per ſermonem, quemad-

quemadmodum variæ Synodi Oecumenicæ, atque dudum Tridentina omnibus pijs religiosa obedientia obseruandum decreuerunt.

Si esset omnibus ea obediendi voluntas, quam professio Fidei Christianæ flagitat, immò sua cuiusque salus exposcit, nunc ad alia liceret huius operis transire capita: sed quia superioribus annis arrogantia quadam Cyclopica elatus Martinus Chemnitius, vniuersa Concilij Trident.. Decreta superbissimè conuellere, sycophanticè calumnijs manifestissimis vexare, suisque stolidissimis censuris (si Christo placet) insolentissimè subijcere aggrediebatur, nos hac pro virili ea nunc refutabimus, quæ potissimum contra has Apostolicas Ecclesiæ Christianæ Traditiones, atque nonnulla doctrinæ Orthodoxæ capita (reliquis in aliud tempus repositis, ne hoc excrescat immodicè) verbosa magis, quàm sobria garrulitate effutire non dubitauit. Illo enim contentionis, & quem Propheta Esaias dicit, vertiginis spiritu afflatus, cùm videret hoc Aposto-

Cur diabolus suum per organum Chēnitium tam infestè oppugnet Sacrosancta Concilij Tridentini decreta, potiss. de Apostolicis & nō scriptis Ecclesiæ Traditionibus.

ſtolicarum Traditionum fundamento benè ac firmiter iacto, doctrinam Catholicæ Christi Ieſu Eccleſiæ contra omnes nunc in primis, ſi vnquàm alias, ſæuientis, atque tantum non furientis Diabolicæ tempeſtatis peregrinarū, Deoque inuiſarum Hæreſeωn ventos ſtare inuictam, nouos ſtolidiſſimè poſt ſuos refutatos dum Brentium, Bucerū, & alios Magiſtros moliebatur fodere cuniculos: quibus illam (ſi vnquàm portæ inferorum præualere queant) funditus euerteret.

Sentiens igitur ſeſe & ſolidis verbi Dei ſententijs, & firmis Orthodoxorum Patrum teſtimonijs, inuictiſque priſcæ Dei Eccleſiæ exemplis in Synodis olim adhibitis deſtitutum pio lectori ſuas caliginoſas, vereque ipſi agnatas cymmerias fictitiæ ſuæ atque humanæ Theologiæ offundere conatur tenebras, vt non tam ingenioſa, quàm audaci & inuerecunda, certoque calūnioſa ſua ſtropha à liquidiſſima illa D. Pauli ſententia Theſſalonicenſibus & Chriſtianis ad vnum omnibus loco certiſſimè ac infallibilis Chriſtianorū

dog

dogmatum regulæ ac veri Canonis Ecclesiastici præscripta, State & tenete Traditiones siue per epistolam, siue per sermonem vobis datas, abducat. Ex perspicuo enim clarissimorum verborum D. Pauli sensu, quem nulla potuit sophistica sibi satis obscurare, animo suo semper reluctari sentiebat, plus esse à D. Paulo illa voce διὰ λόγου, per sermonem, pijs significatum, & obseruari præceptum, quàm illa voce διὰ τῆς ἐπιστολῆς, per epistolam. Itaque ad vetus transfugit Testamentum, an aliquam illic istis cũ Euangelicis vulpeculis electam Dei vineam demolientibus ac vastantibus, foueam inueniat, vbi infœlicissimos sui inquieti, pacemque Christianam exosi ingenij fœtus queat collocare. Corradit igitur quæ passim occurrunt apud Moysen & Prophetas, Scribe tibi verba hæc, Sume tibi librum, & his similia, quæ mandatum Dei ostendunt, quo diuini Prophetæ sua scriptis reliquerunt. Ita quidem mandauit Deus, & fecerunt DD. Prophetæ: sed vniuersa Fidei capita fuisse illis paucis libellis comprehensa, vbi nam quæso Chemniti legas? An

Non omnia Fidei Iudæis tradita dogmata fuisse literis comprehensa.

nes nō taceri. Et contra Iulianū lib. 5. ca. 9. Credendum non eſt, & antedatā Circunciſionē, famulos Dei (quandoquidē eis inerat fides mediatoris in carne venturi) nullo ſacramento eios opitulatos fuiſſe paruulis ſuis, quamuis quid illud eſſet, aliqua neceſſaria cauſſa ſcriptura latere voluerit. Deinde alia eſt ratio noui Teſtamēti, quod nouis donis & nouę Religionis miſterijs fuit exornādū: qđ tam diu ſola prędicatione orbi annunciatum, poſteà fuit partim pro temporum neceſſitate in literas relatum, partim tacitis Traditionibus Fidei piorū, tanquam depoſitum, creditum poſteris tradendum. Quàm igitur ſint infirma iſtius doctrinæ nouæ fundamenta, videt candidus rerum arbiter. Vnde nullam certam viam (licet ſibi glorioſæ victoriæ ſpe blandiatur Chemnitius fol. 51.) cùm inuenirent, ad ſubuertendas, immò arrodendas omnes Catholicorum de Traditionibus obiectiones ſeſe conuertit. Chriſtus enim & Apoſtoli (inquit) in nouo Teſtamēto, quando allegant Prophetas aliquid dixiſſe, De-

um

um locutum per os Prophetarum; quando nominant sermonem Propheticum, non ablegant nos ad tacitas sine scripto traditiones: sed ea quæ in scriptura extant intelligunt. Quasi verò tam simus simplices, & scripturarum diuinarum imperiti atque inexercitati, vt non intelligamus illud, Deum esse per os Prophetarum loquutum, latiùs patere, quàm ad solam scripturam: Cùm huius ipsiusmet scripturæ portio potissima, non sit scripto, sed Traditionibus non scriptis comprehensa. Quis enim tam vecors & inconsideratus apud Christianos reperiatur, qui verum & germanum scripturarum sensum neget esse verbi Dei partem? Eum autẽ non nisi tacitis Traditionibus fuisse olim & pijs Iudæis, sicuti & nunc constãtibus fidei Christianæ Professoribus, certò traditum, nemo inficiari queat, qui modò apud seesse cognoscitur. Hac enim ratione vel Hæresiarchæ ipsi, suã nouatam coguntur contra suos Synevangelicos stabilire dorctinam, quòd ea fuerit perpetua vox Ecclesiæ: sicuti nunc & Lutherani & Caluinistæ, atque olim

Verum scripturarũ sensum esse Verbi Dei partẽ, quæ scripta non est.

Scriptura vtriusque Testamenti sine vero sensu dimidium est Dei verbum & litera occidens atque nucis cortex, sine nucleo: quem sola Christi habet, agnoscit & colit Ecclesia Catholica & Apostolica.

olim Arrius, Neſtorius, Eutyches, aliæque Reipublicæ peſtes; vbique apud imperitos crepant, quo glorioſum veræ Dei Eccleſiæ titulis infœlicibus ac deſertoribus ſuis hircorum Euangelicorum gregibus videantur vindicare. Quando igitur & Chriſtus & Apoſtoli docent, Deum aliquid dixiſſe, aut per os Prophetarum loquutum fuiſſe, puerilis eſt ſententiæ, illud tantùm animo comprehendere, quòd poſteà fuit in literas perituras relatum, cuius non pauca etiam Iudæis perijſſe indubitatū eſt doctis omnibus, cùm hoc ipſum, non niſi ex dimidio nobis Dei verbum repræſentat, immò nudum verbi Dei in eo latentis corticem, & (ſi ità loqui liceat) merum putamen exhibeat ſine nucleo, ac, quod Paulus ait, literam occidentem ſine Chriſti Spiritū viuificāte. Quod vel ipſi Iudæi miſeranda iſthac adeò cæcitate percuſſi, ſuo nos doceant exemplo. Scriptum enim Dei verbum habentes; non habebant veram Dei doctrinam, quia germanam atque genuinam eius non habebant ſententiā. Et proinde illis potiſſimum Chriſtus

Chriſtus Iudæis exprobrando inſcitiā ſcripturarū oſtendit eas magis in ſenſu ac vera intelligentia ſitas, quā in literis aut vocabulis:

ſtus exprobat, Erratis neſcientes ſcripturas. De quarum germano ſenſu omnis cum cæcis Iudæis nobis eſt controuerſia, an illi de noſtro Ieſu Nazareno loquantur, an de ſuo imaginario Meſſia, qui auream & geminatam ipſis reſtituat Iudæam, omnibus delitiarum voluptatibus, & diuitiarum opibus beatam. Vnde liquidum eſt, verbum Dei potiſſima ex parte in genuino ac vero ſenſu eſſe poſitum. Hunc autem ſine ſcripto eſſe pijs Dei cultoribus ab ipſo vſque Moyſe traditum, nemo qui ſapiat, erit inficiando. Quod cùm etiam in diuinis noui Teſtamenti ſcriptis locū habeat, rectè DD. Apoſtoli ſuis diſcipulis in memoriam ſemper reuocāt, prædicatam ac viuo ipſorum vocis oraculo annunciatam, non ſcripto mandatam tantum doctrinam, ſicut locis Panopliæ noſtræ innumeris demōſtramus.

Iudaica Synagoga, verū Dei verbum nō habet etsi Prophetarū literas atque ſcripturas teneat, quia verum nō habet ſenſum à Chriſto traditū, ergo nucem habet ſine nucleo, quē Dei Spiritus ſoli donauit Apoſtolicæ Chriſti Eccleſiæ

CAP. VII.

QVod Traditionis non ſcriptæ fundamentum cùm Chemnitius ſentiret fundatum firmius, quàm vt poſſet facilè ſubuertere, * ad Chryſippeos

ſuos

* *Chryſippeos ſyllogiſmos contexit Chemnitius contra non ſcriptas Traditiones, qui hic luculenter diſſipantur.*

suos cōfugere coactus est Syllogismos, si cui fortè rudiorum lectorum oculos suis valeret præstigijs perstringere, quos arte sophistica ita contexebat: Lindanus totius Pontificiæ Religionis Panopliam (inquit folio 51.) in eo constituit, quod Petrus dicit, Verbum Dei est, quod prædicatum est vobis. Sed Apostoli per tot annos plura prædicauerūt, quàm quæ angusto codice noui Testamenti comprehendi potuerunt. Plura ergo in nouo Testamēto (sunt credenda) quàm quæ scriptis Apostolicis continentur. Sed idem & eadem etiam ratione de doctrina veteris Testamenti dici posset. Istud agnoscimus ingenuè, Chemniti, immò contendimus; adeoque quæ euincimus plurimis ex Fidei capitibus, de eadē necessariò dicendum esse. Cogit enim ipsa rei veritas, etiam germanum diuinarū scripturarū sensum, pro verbo Dei agnoscere, qui extra literam est positus, cui nisi ille coniugatur atq; maritali veluti complexu ac nexu copuletur, vix ex dimidio verū teneas Dei verbum, quod de Psalmis atq; Prophetis Iudæi suo exemplo faciunt,

Ex D. Petri testimonio fuisse à Lindano rectè fundamentū Religionis Christianæ collocatum in doctrina Ecclesiastica.

Verus scripturarum sensus pars est verbi Dei potiss.

solis luce manifesti9, qui diuinas voces & sacrosanctas Scripturarum literas, nobis velut Fidei custodes sua in arca tuentur, custodiunt, seruant: veram tamen non habent scripturam, quia verum eius de Iesu Nazareno ipsis Messia misso sensum & intelligentiam, non suscipiunt. Idem & pugnantes inter se tam monstroso, ac cæco bello nostri sæculi, vt & aliæ testantur Hæreses, quæ literas & syllabas verbi Dei iactantes, verã tamẽ, vel ipsis Euangelicis iudicibus, nõ habent scripturarũ, cui verũ nõ habent sensum. Eadẽ namq; diuinarum scripturarum capitula aliter atq; aliter alius atque alius interpretatur, queadmodum pręclarè scripsit Vincentius Lyrinensis, vt penè quot homines sunt, tot illinc sententiæ erui posse videãtur. Aliter nanque illã Nouatianus, aliter Photinus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arrius, Eunomius, Macedonius, aliter Apollinaris, Priscillianus: aliter Iouinianus, Pelagius, Celestinus, aliter postremò Nestorius. Atque idcirco multum necesse est, propter tantos tam varij erroris anfractus,

Linea interpretanda cum scripturarum ad normam

vt

't Propheticæ & Apoſtolicæ interpre-ationes linea, ſecundum Eccleſiaſtici & Catholici ſenſus normam dirigatur. n ipſa item Catholica Eccleſia magno perè curandū eſt, vt id teneamus, quod vbique, quod ſemper, quod ab omnib⁹ creditum eſt: hoc eſt etenim verè, propriæque Catholicum, (quod ipſa vis nominis, ratioque declarat) quæ omnia verè vniuerſaliter comprehendit. Suffragatur D. Hieronymus Commentario ſecundo in Epiſtolam ad Galatas: Marcion & Baſilides (inquit) & cæteræ Hæreticorum peſtes, non habent Dei Euangelium, quia non habent Spiritū Sanctum, ſine quo humanum fit Euangelium, quod docetur. Nec putemus in verbis ſcripturarum eſſe Euangelium, ſed in ſenſu: nō in ſuperficie, ſed in medulla, non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis, dicitur in Propheta de Deo, Sermones eius boni ſunt eo. Tunc ſcriptura vtilis eſt audientibus, cùm abſque Chriſto nō dicitur, cùm abſque Patre non profertur, cùm ſine ſpiritu non eā inſinuat ille qui prędicat. Alioqui & Diabolus qui loquitur de ſcripturis, &

Apoſtolici ſenſus eſt pijs dirigenda.

Spiritus Chriſti magiſter verū docet Dei verbum: ſine quo eſt hominis Euāgelium.

omnes Hæreses secundum Ezechiel, inde sibi consuunt ceruicalia, quæ ponãt sub cubito vniuersę ætatis. Ego quoque ipse qui loquor, si Christum in me habeo, non habeo Euangelium hominis: si autem peccator sum, dicitur mihi, Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iusticias meas, & assumis in labijs tuis Testamentum meum? Tu autem odisti disciplinam, & proiecisti verba mea post te, & cætera. quæ sequuntur. Grande periculum est in Ecclesia loqui ne fortè interpretatione peruersa, de Euangelio Christi, hominis fiat Euangelium. Proinde fundamentum Religionis, Fideique Christianę, rectè ac verè in doctrina Ecclesijs per Apostolos tradita constitui, ac collocari docent Catholici, non solum firmis suorum Maiorum insistentes vestigijs, sed diserte etiam Apostolorum vocibus in Panoplia commemoratis inhærentes.

CAP. VIII


IAm verò iuueniliter ferociens Chemnitius, horribilem ac planè, vt putabat ille quidem, Achillæum sibi cudit gladium, quo nos semel iuguletomnes. Et non est dubium

(inquit) multa ex concionibus & sermonibus Prophetarũ in piorũ animis conseruata, & posteris cõmunicata fuisse, Num verò propterea extra & præter scripturam veteris Testamenti fabulæ Thalmudicę recipiendę erunt? Vide obsecro lector candide, quò insaniæ miserum istum Catholicæ Christi Ecclesiæ Antagonistam, abripiat superbum contra dicendi studium? Quis enim nostrũ ô te infœlicem, de fabulis Thalmudicis aut eiusmodi humani ingenij figmentis Christiano viro suscipiendis vnquã egit, vel meminit? Ita odio veritatis stertis totus ebrius, vt quod in buccam venit, non te puduerit effutire. impijs istis Traditionibus Iudaicis, in Christi odium confictis, audes tu quidem homo Euangelicus!, Sathanica improbitate comparare nostras Christianas, certoque Apostolicas Traditiones: sed quàm verè, suo videbitur loco. Illud enim homini sobrio, nec isto vertiginis Diabolicæ spiritu acto suffecisset, quòd tam diserto simul & luculẽto decreto Synod' Tridentina declararauit, quasnã Traditiones doceat vna cũ scripto dei verbo

Certa incerta, fabulosa ver[illegible] & [illegible] [illegible] sophisticè [illegible] parat Chem[illegible] [illegible] Christi [illegible] nomine veritatem atque auctori lecto[illegible] exsibilatus

nemo deprehendat venenata fallaciũ verborum flagitia? Cui ignotum est, Rabbinorum in Christum Iesum odiũ, tibi fidem habeat: qui stabiliendis impijs istis Iudaicis Traditionibus, tantũ præsidij adferre, tantumq́ue patrocinij impendere non fuisti grauatus. Magnas tibi planeq́ue ingentes agent gratias Chemnitiscio, Rabbini tui Synagogarum VVormatiensis, Tuyciensis, atq; Franckfordiensis, ac nisi fallor, te suis Eulogijs Paschalibus, semiq́ue tostis illis Azymis, aut, quod malis, munusculis vsurarijs ornabunt, quod tam illustri opera, suas paradoses & Pharisaicas Traditiones propugnare contra suos & tuos hostes Catholicos Christianos non dubitasti.

Age Chemniti, age inuictum Iudaicæ Synagogæ patronum, cuius non pauca Euangelij noui prætextu inaudita vereq́ue Sathanica arrogantia defendere soles dogmata, magnam tibi atq; in primis præclaram tuo à Principe superborum rege Diabolo inuenies paratam mercedem. Quæ hoc maior tibi erit expectanda, quod tam argutis conuitijs

Sathanica maledicentia Iudaicis fabulis Chemnitius confert imò præfert Apostolicas Traditiones. quasi à Diabolo Architecto confictas.

uitijs Catholicos impijs conferre, immò præferre non es veritus Iudæis. Et nisi Thalmud prius esset scriptum (inquis folio 6.) omnino cogitarem, Rabbinos artificium illud a Pontificijs mutuò sumpsisse, & ad suas Traditiones accommodasse. Tanta enim est similitudo, vt vtriusque commenti de Traditionibus & Thalmudistarum & Pontificiorum vnum & eundem esse Architectum & artificem, qui scilicet bono semini interspergit & admiscet zizania, dubitari non possit. Christum tibi precor propitium, Chemniti, qui tam perdita audacia, Apostolicas nostras Traditiones ab vniuerso Patrum Orthodoxorum Senatu semper laudatissimas, isti tuo magistro Diabolo audes asscribere.

Sed atrocioris est conuitij, quod post stolidam Thalmudisticarum & Christianarum Traditionum collationem (quam disertè Concilij Tridentini verba superiùs allegata in vanissimos fumos dissoluunt) subtexere non puduit. Thalmudica quædam commenta (inquit folio 66.) de Traditionibus recitaui-

tauimus, propter affinitatem, quàm habent cum Pontificiorum disputationibus. Tacita enim illorum collatio, loco manifestæ refutationis esse potest. O firmam Christianarum Traditionũ refutationem, quàm vel pueri nullo negotio queant profligare, modò ipsarum origo eis non sit ignota. Quò enim pacto queat homini prudenti rerum tam diuersarum, imò pugnantiũ tam impia probari collatio? Illas suas Thalmudicas Traditiones Iudæi profitentur esse, & suis à Rabbinis, & post Christum anno Do. 150. (vti asseris fol 65.) accepisse, nos verò Christianas ab Apostolis, immò à spiritu Christi Catholicam Ecclesiam gubernantis, & in omnem veritatem ducentis per manus à nostris Maioribus profitemur. Siquidem nullas alias agnoscimus certa fide suscipiendas, quàm Catholica Christi Ecclesia ꝓfitetur sese vel à Christo, vel à Spiritu sancto dictatas perpetuò atq; cõtinua successione accepisse.

Ex fictitia Traditionum cõparatione somniat Chemnitius doctrinam Apostolicam esse funditus euersam.

Vera Christianarũ Traditionũ origo fumos omnes nouarum doctrinarũ dissipat, & hæreses refellit vniuersas:

Quales tantũmodo pijs suscipiendæ Traditiones Apostolicæ Concilium Tridẽt. diserte omnibus demonstrat.

CAP. IX.

CVm igitur impiæ Theomachiæ suæ fundamento tam futiliter ac Iudaica cũ impietate iacto, Chemniti-

us ſuas ſophiſticas machinas pueris ſanè atque deliris aniculis horridas, ad nouum Teſtamentum examinandum transferre aggreditur, vt ex eo contra commentitias (inquit fol.67.) Traditiones agat. Parce labori tuo, bone vir, parce, precor, inſano labori tuo Chemniti. Quis enim Catholicorum eas tuetur? quis ſuſcipiendas, nedum obtinendas docet, aut docuit vnquam? Illæ nãque vltrò euaneſcẽtes, tuis nõ opꝰ habẽt vt intereant ſudoribus, quos melioribus præſtitiſſet impendiſſes rebus, aut familiæ tuæ procurandæ, aut ſtudijs publicis ornandis. Sed quia veritatis amorem ſemel depoſuiſti, merita mendacij adamati accipis ſtipendia, quæ indubij immortalium tormentorum (ô te miſerum, ni in tempore ad mentem redeas, & Catholicæ Chriſti Eccleſiæ te reddas) ſunt arrhabones. Sed quoſnam, inquies: quod exitiabilibꝰ illuſus Diaboli præſtigijs tam manifeſta te non pudet in Catholicos euomere mendacia: quos vniuerſos fol. 87. ſcribere non vereris, nihil fermè aliud agere, quã quòd contra ſcripturam inquis pro Traditionibus

Inani labore fatigat ſe Chẽnitius in re non neceſſaria.

Nouis mẽdacijs Catholicos onerat Chemnitius, quòd contra ſcripturã diſputent pro Traditionib.

nibus non ſcriptis diſputant. Quis te iſt hæc aut ſobrium, aut ſani capitis ſcribere credat Chemniti? Sanè ſi res ad æquos deferatur iudices, proculdubio te manifeſtæ, ſi non inſaniæ, certè vanitatis condemnabunt. An Catholicorum huius ætatis ſcriptorū vel vnū proferre queas Chemniti, qui contra ſcripturā diſputarit? Apage homo inſanè, tua iſt hac cum inſania: quā furioſum tibi ſuggeſſit ingenium, vt pios Catholicę Chriſti Eccleſię ꝓpugnatores maiori affectos cōtumelia in odiū populi, tuis, tuorumque mendacijs ſeducti pertraheres, atq; indelebilem notam inureres, quò ſic omnem pacificandæ Germaniæ ſpem ſemel præcideres. Quidnam.n. cum ijs de Eccleſiarum reconciliatione agendum, quos tuis decepti mendacijs, putāt contra ſcripturam pugnare? Sed aliam neſciebas miſer viam, qua nouatam tuam hominum vt ſpiritu Chtiſti deſtitutorum, ita mente corruptorū doctrinā, aliquo veriſimilitudinis ſtybio pingeres, aut mendace purpuriſſa exornares, niſi aduerſarios in extremum pertrahendo, pijs omnibus execrandū odium

Scopus Chēnitij eſt, vt ſi em omnem concordiæ Eccleſiarum ſemel præcidac ideoque Catholicos ſcriptores omnes tot infamare ſtudes mēdacijs plane Sathanicis.

odiũ, quod aduersus scripturã omnes Catholici scriptores disputant. Sed quæso te, mi Chemniti, ad mentem nunc redeas, ac te tibi tandem reddas, mecũ animo placido, & istius tui conuitij in nos cõtumeliosè proiecti oblito consydera, an ego aliud in operibus Apologetici & Panopliæ fermè nõ agã, quam vt contra scripturam dispurẽ? An non pro ea stabilienda, ætèrnumque Christianis omnib⁹ cõseruãda verã atq; eam diuinam à Dei spiritu demonstrauim⁹ eius originem, progressum, authoritatem? An non ostendimus thesaurum esse diuinæ clementiæ incomparabilem, quæ lucerna & vitæ dux æternæ sit pedibus nostris? Atqui excipiens, hanc tu nobis non vis sufficere, sed Traditiones non scriptas pari authoritate adiungendas. Certè nec Deus ipse, nec Apostoli ipsi voluere illam vnam nobis esse satis. Quandoquidem filijs suis morigeris Ecclesiam Christianam Catholicam & Apostolicam Fidei Christianę ac Euangelicæ Magistrã, traditionũ iudicẽ infallibilẽ, quęstionũ exortarũ disceptatricem inuictam, hercle, an omniũ

An solã scripturã Christus & Apostoli docuerint sufficere. an potius in omnibus Fidei quæstionibus audiẽdam Christianã & Apostolicam Ecclesiam.

euer-

euersorē, atq; violatæ suæ veritatis vindicē singularem, mandarunt audiendā. Hæc quia verbi Dei cauta est custos, atque peruigil quædam obseruatrix, sui memor mandati, obedientes sibi filios monet: vt callidas omnes insidiantis vbique implacabilis hostis sui Sathanæ fraudes deuitent, ne quid illi suo Dei verbo per Apostolos fideliter tradito, ac tanquam depositum pijs commendato pereat, aut immutetur, nedum supprimatur. Proinde & illa, & generosi eius filij ad tutelam atque propugnationem hoc perturbatissimo tot infestis Hæreseων tempestatibus seculo diuinitus excitati, non vna verbi Dei parte contenti esse queant, nisi totum sibi saluum sit, atque vti suis à Maioribus ab Apostolorum vsque temporibus acceperunt, permaneat integrū: quod vna cum diuinis literis etiam Apostolicam viua voce olim traditam complectitur doctrinam.

Considera igitur, mi Chemniti, considera quæso attentus, quanta istam audaculam censuram tuam defœdasti inconsiderantia, quanta contamina-

Catholici vnàcum diuinis scripturis Apostolica etiam inen-

sti

tur Dogmata tacitis Ec lesiæ Dei doctrinis conseruata.

O vanißimũ Chemnitij in Catholicos scriptores mendacium Helleboro dignißimum.

sti incogitantia, ne insana dicam obrui sti vecordia, quod tanta in omnes huius ætatis scriptores Catholicos euomere non dubitasti contumelia, eos vniuersos pro viribus illud consilium amplexos, vt integris iam libris nihil fermè aliud agatur, quàm qnòd contra scripturam disputant. Hanc enim vnā cum Apostolicis Traditionibus non scriptis, suā quisq; pro virili studet sartam tectam conseruare, ac contra fraudulentas Sathanæ illi insidiantis machinationes saluam propugnare. Tantum abest, vt quis illorum aggressus fuerit contra eam (quod tam impudenti effutiebas mendacio) disputare.

CAPVT X.

Contumelia Tridemino concilio inflicta depellitur

ISta quidem contumelia pijs fortè Viris foret toleranda, tacitoque silentio patienter mussitanda: nisi Oecumenicum etiam Concilium Tridentinum pari infamare conatus fuisses verborum contumeliosissimorum iniuria. Et in hoc etiam præsidio (inquis fol. 57.) Concilium Tridentinum omnes opes suas, ipsamque adeò salutem suam collocat. Mirari satis nequeo Chemniti, te tam graui hic ado-

adobrutũ vecordia, vt existimaris, tuas istas, homines non planè stupidos, nugas non lecturos. In hoc etiam pręsidio (inquis) & quę sequuntur. An non pudet, ita de Cōcilio Trident. deblaterare homo vanissime, cùm tam disertè pro diuina scriptura contra omnes omniũ ætatũ disputat Hæreticos, impios illius aut contemptores, aut sceleratos deprauatores, aut sacrilegos adulteratores? Cæterum illis suis inualidis vanitate summa nixus Chemnitius fundamentis, ad naturam verbi Dei Euangelici examinandam descendit, quàm simili fide docet à Catholicis tradi; qua supèriora, Eius proprietatem ita à Deo esse constitutam docent. (inquit fol. 68.) vt nec in tabulis, nec in chartis, nec calamo, nec atramentis, vel alio quouis modo consignetur, sed viua tantum voce animis auditorum commendetur, & ita sine scriptis conseruetur, & per manus tradatur. Hic si candidè de natura, siue proprietate verbi Dei Euangelici placuisset Chemnitio sentire, nulla superesset controuersia: quod Catholici non negamus, eius doctrinam posse,

Natura verbi Dei.

Aliud est Euangelium natura & proprietas corda conuertẽs. aliud eius doctrina exterius aures verberans, oculos; aures ve; nō cor pascens, aut mentẽ cæcam erudiens.

De format Lindani verba Chemnitius vt aptius suis pateant calumnijs Sabbaticis.

quando Deus iubeat, in literas referri: ſed eius natura tamē propriè incredētium eſt cordibus deſcripta: quemadmodū D. Paulus aurea Corinthiorum epiſtola diſertius docet, quàm vt ſit fuſius declarandum. Hoc illud eſt, quod D. Ieremias prædixit fore, vt nouū teſtamētū ſiue noua venturi Meſſiæ lex in cordibus fideliū à Dei ſpiritu deſcribatur. Proinde quod nos diximus lib 1. Panopliæ cap. 23. eum à ſcripto abhorrere, nō eo accipiendum eſſe ſenſu, quaſi eius nulla doctrinæ pars ſcripto mandari queat: ſed quod eius proprietas & genuina noui Teſtamenti natura (quæ eſt cor fide Chriſti illuminare, Deo ſubijcere, atque affectu filiorum Dei accendere literis mortuis exprimi nedum comprehēdi queat. Iſta mea verba Chēnitius, vt Catholicæ Dei Eccleſiæ atrociorem calumniam ſtrueret, mirum in modum detorquet, atque deformat non Euangelicè. Omiſit enim quædam noſtra, & de ſuo illud (Planè) attexuit. Neque enim contradicendi aut calumniādi potius occaſio fuiſſet ſatis idonea viſa, niſi ſuū illud (Planè) callido cōſilio attex-

Calumni in dicauſ. Chēnitius quædā Lindani verba omittit. quædā de ſuo ſycophāntice attexit: quæ illius ſcopo ex diametro repugnat.

attexuisset. Cùm enim statum rixosæ suæ contra Catholicos disputationis quæreret, adiecit: Aut sicut Lindanus dicit naturam verbi Euangelici (inquit) folio 73.) à scripto & à literis planè abhorrere. Atqui ego certi discriminis causa addidi Chemnit, A literis mortuis, quò viuam illam verbi Euangelici exprimerem indolem, quæ potissimũ in credentium cordibus depingitur: Quod deinde attexis, Planè abhorrere, astutitia tui est spiritus mendaciorum Magistri appẽdix, quęcum meo pugnat instituto. Nam superiora capita, quæ istud 23. vnde hęc verbula tam detorta, & deprauata ad struendam mihi calumniam diuulsisti, pręcedunt, demonstrãt curnam Apostoli quædam verbi Dei Euangelici dogmata, in literas contulerint, & scripto posteris transmiserint Non igitur planè (quod tu mihi calumniosè affingere non dubitasti) abhorret Euangelij natura, à scripturis vel literis: sed quædam sua dogmata patitur in literas referri, quando vni visum est Spiritui Sancto, noui Testamenti Magistro: qui auditorum suorum


Suum Planè Chemnitius verbis Lindani falsò attexuit. ne contentioso deesset rixandi materia.

 auri-

auribus non minus consulit, quàm cordibus. Quæ porrò Chemnitius quiritatur, de obscurata per Catholicos, immò expuncta D. Ieremiæ explicatione, nullius sunt momenti: sed flagitiosissimæ calumniæ plenissima, cùm ea ex vero legis & Euangelij discrimine, vel rudimentarijs Theologis sint nota. Neque verum est, quod æque mendaciter attexit, Catholicos istam D. Ieremiæ sententiam, in prima acie collocare, pugnaturos, contra noui Testamenti scripturam: cùm hanc etiam verbi Dei Euãgelici partem, nos æquo authoritatis honore suscipiamus, & pari reuerentia colamus.

CAPVT XI

An scripturarum sufficientiam ex D. Irenæo Chemnitius demonstrarit [illegible] suos [illegible] quàm ab vna Eccl[illegible] Christi Catholic[illegible] [illegible] in positione.



Oterat igitur venerandum pijs omnibus Oecumenici Concilij Trident. Decretum sufficere, ad istas grauissimas omnes huius temporis execrandis hæresibus perturbatissimi controuersias pacificè sopiendas, atque solidè abolendas: sed censor iste arrogantissimo suo elatus deplorandæ vertiginis spiritu, argumenta aliquot sibi per quàm temerè putauit stolidus abolere posse Traditiones scripto Dei verbo

verbo non comprehensas. Sic igitur suam aggreditur caussam: Status verò (inquit fol. 81.) totius disputationis in eo iam consistit, vt monstretur, quibus de causis, quo consilio, quo proposito & instituto, Euangelistæ, & Apostoli, doctrinam Euangelij literis consignare, seu scriptis mandare, & comprehendere voluerint: quem voluerint illorũ scriptorum vsum esse in Ecclesia: quo loco primitiua Ecclesia, scripta illa habuerit: quid, & quantum illis tribuerit. Ad hunc disputationis statum, mox posito titulo, De scriptura noui Testamẽti, progrediendum fuerat: sed prius reprimendi fuerunt clamores Pontificiorum de loco Ieremiæ, & de primis annis Apostolicæ prædicationis: quorum strepitu lectorem conantur obruere, & obtundere, vt ita, à vero statu disputationis illum auocent. Collocabimus autem quasi in acie, pulcherrimam Irenæi sententiam, quę extat in prefatione & 1. cap. 3. libri, vbi dicit: Sola vera ac viuifica fides illa est, quam ab Apostolis Ecclesia percepit, & distribuit filijs suis: doctrinæ Traditionem.

Etenim Dominus omnium dedit Apostolis suis potestatem Euangelij, per quos & veritatem, hoc est, Dei filij doctrinà cognouimus, quibus & dixit Dominus: Qui vos audit, me audit, & qui vos cõtẽnit, me cõtẽnit, & eum qui me misit. Non enim per alios dispositionẽ salutis cognouimus, quàm per eos, per quos Euangeliũ peruenit ad nos. Quod quidem tunc præconiauerunt, posteà verò per Dei voluntatem in scripturis nobis tradiderunt: fundamentum & columnam Fidei nostræ futurum. Hæc Irenæi sententia, in genere loquitur, de tota scriptura Noui Testamenti: cuius authoritatem, perfectionem, & (vt nunc loquimur) sufficientiam, firmissima demonstratione ostendit.

Hæretici Catholicis tanquam Eridus pomum obijciunt sufficientiam S S Scripturarũ extra quam contendunt nihil recipiendũ: cùm ipsi eas ex me

De hac scripturarum noui Testamẽti sufficientia, ad statuenda & tradenda posteris Fidei dogmata, nobis est cum vniuersis istius luctuosissimi sæculi hæreticis controuersia, an ea sola vniuersa complectatur & comprehendat Fidei capita, ita vt nullum extra illam sit certa fide, parique authoritate suscipiendam. Istud immani quadam vere-

que

queCyclopica confidentia & impudentia iactitat, cum cæteris aliquot minus peritis Chemnitius: nam eius Magister Lutherus, & Syntagonista Brentius, & Logodedalus Philipp. Melanchthon, & Lutherocaluinizans Bucerus, hac parte illo saniores, rei veritatem agnoscentes, nobis minus refragantur: cùm ipsi quasdam etiam non scriptas senserint obtinendas Ecclesiarum Dei Traditiones, sed quibus istud verbis demonstret, nunc veniat expendendum. Irenęus dicit nobis (inquit Chemnitius fol. 83.) Apostoli, id quod prædicauerunt, in scripturis tradiderunt. Atqui hoc illud est Chemniti, quod nos prædicamus, & Deo immortales gratias agentes verissimum agnoscimus: sicuti & illud Diui Irenæi, quod hanc veram & viuificantem Christi fidem Apostoli posteà non humano consilio, sed per Dei voluntatem in scripturis tradiderunt.

ra Ecclesiæ nostræ Apostolicæ Traditiõ nobiscum concordiset suscipiant, & cõtra Hæreticos ea-rẽ tueãtur. D. Irenæus à Chemnitio cõtra nos recitatus pro nobis facit, & ipsum aliquid confiteri.

Quis enim adeò reperiatur impius, qui istud ausit inficiari? Sed de hoc nulla cùm existat controuersia, quònam argumento illud ex D. Irenæo statuis Chemniti, quod probandum tibi fuit,

ſufficientiam doctrinæ Euangelicæ ex ſcripturis Apoſtolicis demonſtrari† De hoc enim altiſſimum eſt apud Sanctiſſimum Chriſti Martyrem Iræneum ſilentium. Immò qui verum D. Irenæi ſcopum accuratè perſpiciat, eiuſque diſputationem totam contra impios illos Hæreſiarchas Cerdonem, Valentinum & Marcionem, diligenter expenderit, perſpicuè agnoſcet: D. Irenæum, pro ſola Eccleſiæ Dei Catholicę authoritate, ac pro Apoſtolicis eius non ſcriptis Traditionibus magis pugnare, quàm pro ſolis ſcripturis Apoſtolicis. Cùm enim à Chriſtianis SS. Scripturæ illis impijs Hæreſiarchis opponerentur, ad occultas ſuas, & fictitias, Eccleſiæque Dei Catholicæ ignotas confugiebant Traditiones, tanquam ab Apoſtolis nō vniuerſaliter, ſed priuatim quibuſdam ſelectoribus ſuis, vt mentiebantur, diſcipulis commendatas. Has vt ſolidius refutaret, atque ſtirpitus quaſi euelleret Irenæus, conceſſione vſus Rhetorica conuincit plus tribuendum vni Apoſtolicæ Chriſti Eccleſiæ, atque Euangelicis non ſcriptis Traditionibus, quàm ſolis

Eandem Doctrinam Apoſtoli & prædicauerunt, & ſcripſerunt: ſed non vniuerſ, aut omnia eius Dogmata

Ex ſcopo diſputationis D. Irenæi perſpicuum ſit aū magis pro Traditionibus Apoſtolicis non ſcriptis contra Hæreticos digladiari, quā pro ſcriptura, qui ſine ea docet multos eſſe Chriſtianos qui ſolam non ſcriptam Apoſtolorum doctrinam fideliter in illud ſuum tēpus vſque cōſeruabant.

ſolis, & à Traditione illa verè Apoſto-
lica ſeparatis ſcripturis. Nam cùm illi Hæreſiarchæ ingenio acuti, mente ar-
guta ſubtiles, Philoſophia, immò ſophi ſtica arte admodum inſtructi, verbis & lingua non vulgariter diſerti, obiecta ſibi ſcripturarum loca, ad ſuas occultas Apoſtolorum (quas mentiebantur) Traditiones confugientes eluderent, D. Irenæus ;certiſſimam oſtendit pijs omnibus viam, qua veram & Euange-
licam Chriſti doctrinam, liceat omni-
bus, qui ſuam in Chriſto ſalutem amant deprehendere, ac perſpicuè agnoſcere. Apud alios (inquit capite quarto libr. tert.) non oportet adhuc veritatem quę rere, quam facilè eſt ab Eccleſia ſumere, cùm Apoſtoli quaſi in depoſitorium diues, pleniſſimè in ea contulerint om nia, quæ ſunt veritatis, vt omnis quicū-
que, velit: ſumat ex ea potum vitæ. Au-
din, Chemniti, verum Chriſtianæ do-
ctrinæ theſaurum? Audin, Chemniti, quò nam Apoſtoli pleniſſimè omnia, quæ ſunt veritatis, pleniſſimè (inquam) omnia quæ ſunt veritatis Euangelicæ contulerunt? hanc ergo ſaluberrimam

veritatis Apoſtolicæ Apothecam conſulamus. Hoc diues (vti latinus rudiuſculè reddidit interpres minùs eruditus, planèque Græciſſans) depoſitorium Apoſtolicum adeamus, in eo pleniſſimam dogmatum omnium Euangelicorum doctrinam certò & infallibiliter inueniem⁹, vnà cum indubia ſalute beata & æterna. Rectè igitur illos, qui ab hac Eccleſia Apoſtolica diſſident, monet D. Irenæus vitandos, & ea quæ Eccleſiæ ſunt, magna cum diligentia diligere, atque apprehendere veritatis Traditionem. Certiſſima igitur omnium & indubitatiſſima via eſt, ne quis fallatur, aut à vero abducatur, hanc Apoſtolicam in omnibus conſulere, audire, atque ſequi Eccleſiam: cui omnē Euangelicam pleniſſimè DD. Apoſtoli tradiderunt veritatem. At iam dudum obſtrepentem Chemnitium, mihi audire videor, & Cyclopicum exclamare D. Irenæum affirmare Apoſtolos eo ſcopo ſuas Chriſtianis ſcripturas tradiſſe, vt in futurum illæ nobis eſſent fundamentum, & columna fidei noſtræ, quā ab Apoſtolis Eccleſia percepit

Scrupulus ex D. Irenæi verbis obſcurioribus de via tollitur.

&

& distribuit filijs suis. Ita quidem D. Irenæus scriptum reliquit, sed nobis si genuino suo sensu accipiamus, non refragatur. Est scriptura sensu quodam, fundamentum fidei, si ea suo a germano non separetur intellectu, sensuque natiuo, & Apostolico: in quo sensu, nō in verbis, aut Euangelij vocabulis, quod ait D. Hieronymus, vti superius satis diffusè ostendimus, verum demum est Euangelium. Vnde manifestum est, scripturam magis à traditione non scripta siue à sensu per Apostolos Ecclesijs tradito pendere, citra quàm non est verè scriptura, neque Euangelium est Euangelium, immò si D. Hieronymus fidem meretur, fit hominis Euangelium, vti ait Co. 2. ad Gal. c. 1. Quia igitur à vera sua sententia, verum Dei pendet Euangelium, rectè quodam sensu scriptura verè intellecta, fundamentum dicitur fidei, quia fidem Christi olim viua Apostolorum doctrina plantatā, erectā, ędificatam fouet, eandem rigat, firmat, sustentat & stabilit, ne aut errorum vētis perturbetur, aut astutis hominum mēte corruptorū fraudibus à veritate quę in

Scriptura quonam sensu sit dicta fidei fundamētum cum sit eā posterior.

in Christo est, seducatur. In quem sensum & Diuus Basilius epistola 73. Traditionem verissimè dixit, esse fidei fundamentum στερέωμα siue fulcimentum, quòd fundatæ viua Apostolorum doctrina fidei robur adferat Traditio, quę illam demonstrat ab ipsis ortam, & vbique terrarum Christiano populo concorditer traditam. Sic & hoc loco D. Irenæus, scripturam dixit nostræ fidei fundamentum & columnam futuram, nō vt sine ea fides Christi non subsistat, cùm ante illam diu stetit salua: sed vt sit traditæ posteris illius Apostolicæ doctrinæ basis quædam, fulcimentum, & certa in omnem semper posteritatem constabilitio, ne quis, nisi volens, à vera Christi fide, aut aberret, aut seducatur. In posterum enim Deus Opt. Ecclesiæ suæ Christianæ voluit consultum. Disertè namque asserit D. Irenæus, Euāgelium, quod Apostoli anteà prædicarunt, posteà Dei voluntate in scripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei nostræ (quàm initio sine scripturis Ecclesię orbe toto annūciarunt) futurum. Hanc autem esse germanam

manam D. Irenæi sententiam, inde liqueat, quòd superioribus dixit verbis, omnem fidei Christianæ veritatem ab Ecclesia petendam, in quam vnam apostoli omnem veritatis doctrinam plenissimè contulerunt, à qua petenda sit omnibus Euangelij veritas, etiam diu posteà, cum nullam adhuc reliquissent scripturam. Quod duobus confirmat argumentis dudum commemoratis: inter quæ illud est summoperè aduertendum, quòd D. Irenæus, tanti facit traditam Ecclesiæ ab Apostolis doctrinam, vt eam vnam iudicem doceat idoneam, cui vel citra omnem scripturam fides habenda sit. Quo enim magis pio Lectori persuadeat, in exortis fidei quæstionibus ad indubitatam Ecclesiæ Christi Catholicæ doctrinam tutissimè confugiendum, ita subtexuit: Quid autem si neque Apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus committebat Ecclesias? cui ordinationi assentiunt multæ gentes Barbarorum, eorum qui in Christū credunt, sine charactere, vel atramento scrip-

Sola Traditio quæstionibus fidei obortis sufficiat sine scriptura dissoluendis D. Irenæo.

Si Fidei fundamentum est scriptura noui Testa- quid ergo & Apostoli & Christiani omnes per annos circiter 60? An nullum habuerint suæ fidei fundamentum? Ergo illis fundamentū fuit Tradita viuæ vocis oraculo doctrina Apostolica. Elogiū illustrius Apostolicis Traditionibus ascribit D. Irenæus.

ſcriptam habentes per ſpiritum in cordibus ſuis ſalutem, & veterem traditionem diligenter cuſtodientes. In hanc igitur ſententiam, D. Irenæus ſcripturā dicit ab Apoſtolis in fidei noſtræ columnā & fundamentum relictam, vt ea tanquam domus non iam ædificandæ, ſed poſt annos admodum multos ferè 60. conſeruandæ atque conſtabiliendæ, cōtraque oborituras Hæreticorum peſtes obmuniendæ, fundamentum iaciatur, & cui tanquam cæteræ ædificij partes, verus ac germanus ſenſus ſuperſtruatur, dogmatibusque reliquis viua Apoſtolorum voce traditis, tanquàm Sacramentorum ornamentis decoretur & SS. rituum cimelijs exornetur. Hæc enim vniuerſa domus illa Dei magna, ſuiſque Spiritus ſancti chariſmatibus quaſi columnis fulta cōplectitur, non ſola ſcriptura tanquā nudo fundamento, & eo veluti poſthumo contenta. Ideo enim D. Irenæus tam diſertè dixit, Apoſtolos in Eccleſia tanquam in diues depoſitorium omnia, quæ veritatis ſunt, pleniſſimè depoſuiſſe & contuliſſe, vt oēs qui volūt, petāt ex ea, in quā,
Eccle-

Ecclesia, illo Apostolicæ doctrinæ viua voce tradit thezauro exornata, potum vitæ, atque ab ea vna apprehendant certam & indubitatam veritatis Euangelicæ traditionem. Hoc elogium si D. Irenæus S. Scripturæ tribuisset, quod nunc Apostolocis Catholicæ Dei Ecclesiæ traditionibus prêclarè adeò asscribit, quod per illas ei omnia, quæ veritatis sunt, Apostoli plenissimè contulerunt, meritò Chēnitius suos iactaret triumphos, quos nunc sibi ante victoriam canit, quòd sufficientiam contineret dogmatum, ac nihil extra scripturam esse fide suscipiendum. Ideoq; hac illustri S. Martyris sententia, ceu telo acutissimo sese jugulatum sentiens, de ea altissimum tenet silentium, callideque dissimulat, quod nostræ agnoscit causæ ita patrocinari, vt in eo indubia nostra recumbat victoria. Friuolum igitur est, quod sophisticè colligere conatur aduersarius: Fides quæ aliunde quam ex scripturis ab Apostolis traditis astruitur, concipitur, probatur, & cōfirmatur (inquit) nō est vera, viuifica & Apostolica & primitiuæ Ecclesiæ fides. Atqui Chemniti reclamat tibi tuus ipse Irenæus

Elogium illustrius Apostolicis Traditionibus asscribit D: Irenæus, quàm sacræ Scripturæ, quod hæc ab illis pendeat, & sine eis non subsistat.

Irenæus, plurimos Christianam affirmans in suam vsque ætatem; id est, ad annum vsque Domini circiter 200. habuisse & custodijsse veram Christianam fidem & veterem (inquit cap. 4. Lib. 3.) Apostolorum traditionem sine charactere, aut atramento scriptam, quam & cæteri Christiani iamdudum toto ferè orbe sine scriptura viuificam obtinuerant. Quid, quod ipsa scripturarum fides concipi nequit, nisi iacto prius Apostolicæ Traditionis fundamento, nimirum, nisi credas hoc, quod & hodie per orbem in Ecclesijs tam vestris, quàm nostris legitur esse D. Matthæi, Lucæ aut Iohannis Euangelium?

Atrocißima Chēnitij in Catholicos Scriptores sicophantia, quos impijs cōparat Hæreticis, qui sacras literas omnino improbabant et reijciebāt.

Vnde enim contra Svvenckfeldianos, aut repullulantes alicubi Seuerianos alicui Dubitantio persuadeas Euangelium tuum, Chemniti, esse aut Matthæi, Lucę, aut Iohannis, nisi ex nostra Traditione non scripta, eius tibi anteà stabilias authoritatem? Sed illud maiori vanitate, ne dicam stoliditate scatet, quod subtexuit Chemnitius, & postea dicit illos hæreticos, qui scripturis Apostolicis non assentiuntur, & notas hæretico-



hæreticorum his verbis deſcribit cap. 2. Cùm ex ſcripturis arguuntur, in accuſationem conuertuntur ipſarum ſcripturarum, quaſi non rectè habeant, neque ſint ex authoritate; & quia variè ſint dictæ, & quia non poſſit ex his veritas inueniri ab his, qui neſciant Traditionem. Non enim per Literas traditam illam, ſed per viuam vocem &c. Mirum ni vel parumper erubeſcant, Pighius, Lindanus, Andradius, & ſimiles, recognoſcentes ſuas voces in hac de ſcriptione. At quid tibi contra tuam Chemniti Matrem tam liquidò inſanientis mentis ſit reliquum, meritò prudens Lector demiretur: qui Catholicos viros audes, tam ſcelerata voce comparare impijs illis hæreſiarchis, in quos hanc iuſtiſſimam protulit D. Irenæus ſententiam. An nos Chemniti ſentimus, aut docemus, vt illi hereſiarchæ Valentinus & Marcion, ſcripturam non rectè ſe habere, qui eam vt diuinã colimus, veneramur, ac tantùm non adoramus? An eas eſſe ſine authoritate docemus, qui eas diuino collocamus irrefragabilis authoritatis throno? An

Sycophanticè confert Chemnitius Catholicos priſcis Hæreſiarchis, qui authoritatem SS. literis derogabant, & negabant eſſe veras.

Deprauat Chemnitius manifestè Irenæi verba suo venenato commentario, cùm illa loquantur de ignota Ecclesijs Dei quadam traditione ab Hæresiarchis priuatim confictâ contra doctrinam certè Apostolicam Gnosticos hæreticos redarguit D. Irenæus.

nos dicimus ex eis veritatem non posse inueniri ab his, qui nesciant Traditionem illam, nimirum quam Cerdon, & Marcion Ecclesijs Dei ignotam iactabant suo Menandro, & alijs Hæresiarchis priuatim ab Apostolis traditam? De hac enim Traditione ignota Ecclesijs atque fictitia, sicuti posteà explicat, D. Irenæus loquitur: non de verè Apostolica & certò Euangelica, quam ait Ecclesijs Apostolos plenissimè tradidisse. Proinde manifesta verèq; Sycophãtica est verborũ D. Irenæi deprauatio, quam & fol. 83. ita recenset Chemnitius, D. Irenæum illos dicere hæreticos, qui in Scripturarũ accusationem conuertuntur, quod veritas ex his non possit inueniri, nisi præter illas scripturas adiungantur Traditiones, quæ sine scripto & literis per viuam vocem ab Apostolis iactantur. Quasdam enim D. Irenęus certò Apostolicas, & Catholicæ Dei Ecclesiæ indubitatò traditas adeò vult exclusas, vt ad eas tanquam indubitatam Christi veritatẽ omnibus suadeat, immò necessarium doceat cõfugiendũ: etiãsi nulla, inquit, extaret Scriptura

tura quæ post annos ferè 60. pijs vario tēpore & emergētiū causarū necessitate est cōfecta. Nō ergo negat D. Ire. nullas addi posse SS. Scripturis Aposto. traditiones, cùm inferiùs dicat Ecclesiæ tradita plenissimè omnia, quæ sunt veritatis, etiāsi scriptura nulla extaret, sed illos redarguit hæreticos Gnosticorū titulo superbiētes, qui scripturas Apostolorū nōie à Christianis sibi oppositas, negabāt veras esse, & nō rectè se habere, siue nō esse Dei spiritu scriptas. Deinde asserebāt sese suosq; magistros alias accepisse ab Apostolis traditiones veriores, quā Catholica aut habebat, aut agnosceba Christi Ecclesia. Eas enim clāculū & seorsim traditas suis magistris Menandro, Cerintho, cęterisq; illi⁹ Apostolici seculi pestib⁹ iactitabāt. Vnde meritò D. Ire. appellat fictitias, quas & Catholici oēs execramur: neq; pro ijs pugnam⁹, sicuti nec pro alijs quā quę (sicut Cō. Tridēt. definiuit) certa, infallibili, & cōtinua successione, tāquā ore Christi, aut Spi. S. dictatas Catholica nobis ꝑ manus tradidit Eccle. Quod autē D. Ire. ꝓpter scripturas etiam quasdam voluerit Catholicis suscipiendas Traditiones, inde

D. Irenæus non ait nullas addi posse Scripturis Traditiones cùm aperte doceat omnibus necessariò confugendum ad Traditiones Ecclesijs ab Apostolis relictas, sed negat admittendas fictitias & Catholicæ Christi Ecclesiæ incognitas hactenusque pijs inauditas quales Gnostici iactabant.

 liquet

liquet, quod eodem cap.2. ſtatim ſubtexuit: Cùm autem ad eam iterum Traditionem, quæ eſt ab Apoſtolis, quæ per ſucceſſiones presbyterorum in Eccleſijs cuſtoditur, prouocamns eos, quę aduerſantur Traditioni * dicent ſe non ſolum Presbyteris, ſed etiam Apoſtolis exiſtentes ſapientiores, ſynceram inueniſſe veritatem: Apoſtolos autem admiſcuiſſe ea, quæ ſunt legalia, Saluatoris verbis, & non ſolum Apoſtolos, ſed ipſum Dominum modò quidem à demiurgo, modò autē à medietate, interdum autem à ſummitate feciſſe ſermones: & ſe verò indubitatè, & incontaminatè, & ſyncerè abſconditum ſcire myſterium. Quod quidem eſt impudentiſſimè blaſphemare ſuum factorem. Euenit itaq; neque ſcripturis, neque Traditioni conſentire eos. Aduerſus tales certamen nobis eſt, ô dilectiſſime, more ſerpentum lubrici vndique * fingere conantes. Vnde perſpicuū eſt, D. Irenæum non minus vetere Traditione oppugnaſſe Hęreticos illos Gnoſticos, quā Scriptura: quarū vtraq; ſit veritas fidei ſolidè ſtatuendæ, & contra ſæuientes in-

*forte legendum dicunt.

*forte legendum fugere.

infestarum hæreseωn procellas confirmāda & stabiliēda, Ex his agnoscit igitur candidus Lector, D. Irenæum eisdem fuisse armis vsum contra grassantes sua ætate Gnosticorum hæreses, qua nunc tempestatis vtendum docet Conciliū Trident. nimirum, Scripturis & Traditionibus certò Apostolicis: cuius S Cōcilij Trident. verba Chemnitius deprauans ita recitat fol. 85. Suscipienda pari reuerentia, inquit, & pietatis affectu etiam illa, quæ tum ad fidem, tū ad mores pertinentia, extra & præter scripturam, tanquā ex Traditionibus nō scriptis venditantur. At Chemniti, vbinam istam vocem, leuissimæ authoritatis notam venditantur, in grauissimo Cōcilij Trident. decreto legisti? An te tam manifestæ non pudet falsationis? Tu enim illa dicis, à Concilio, vt fide suscipiantur, esse mandata, quæ extra & pręter Scripturam tanquam ex non scriptis Traditionibus venditantur: cùm illud verbis luce clarioribus doceat, non quę venditantur, talia esse pijs fide suscipienda: sed quæ ab Apostolis tanquam ore tenus à Christo, aut à Spiritu S. dictata

Vetere Traditione ac scriptura oppugnat Hæreticos illos D Irenæus, sicuti hactenus omnes Catholici nouas agri Dominici pestes: subinde repullulantes.

Liquida Concilij Trident. verba Chemnitius manifesta falsatione deprauat vt statum suæ velitationis firmius contra Catholicam Christi statuat Ecclesiam.

 hactenus

hactenus sunt continua successione có seruata in Catholica Christi Ecclesia. Quod decretum ad amussim Apostolicæ D. Irenæi doctrinæ respōndere, omnib. fiet perspicuũ, qui sedulã operã sacro studio diuiniss. hisce rebus cognoscendis impēdere nõ grauabũtur, Hęc de aurea illa Irenęi sentētia, pro diuinis Catholicæ Ecclesiæ traditionib. non scriptis, sed per Apostolos certò relictis dicta sufficiāt: reliquas Chemniti calumnias, quæ aliquid habeant momenti, suo sumus loco persequuti. Totũ igitur Dei verbum, nõ sola scriptura, sed sacris etiam Apostolorum traditionibus venit æstimandũ, quemadmodũ Concil. Trident. legitur definitum.

CAP. XII. De veris Euangeliorũ tandem scriptorum caussis.

CApite 17. Panopliæ caussas exposuimus cur nam DD. Apostoli post tã longam Euangelij solo viuæ vocis oraculo per totam Iudæam, vicinasque Prouincias Christianis traditi prædicationẽ, ad scribendum sese cõtulerint. Vbi D. Iohannẽ propter Ebionem & Cerinthum, cæterasque Euangelij pestes scripsisse ex D. Hierony. demonstrauimus, Hoc igitur loco pius est lector admo-

monendus de malitioſa, verèq́ calumnioſa Mart. Chemnitij in noſtra hæc verba reprehenſione. Sic enim fol. 103. arrogãtiſſ. ſuæ in Cõcil Trident. cẽſuræ deblaterat: Lindanus, vt hęc Euãgelij (inquit) verba, hæc aũt ſcripta ſunt & cętera, eludat, dicit Iohannem de vno illo articulo de diuinitate ſcilicet Chriſti, in ſua ſcriptione egiſſe. An te Chemniti nõ pudet, tam manifeſtę verborũ meorum falſationis? Vbi obſecro legas me dicere, D. Iohan. de vno illo articulo agere? Imò niſi te fanatica tranſuerſum raperet calumniandi malitia, illud tibi erat animaduertendum, quod diſerta oratione dixi, D. Iohã. inprimis de vno hoc articulo contra Ebionẽ laboraſſe. Cur illud (in primis) à me tam ſignanter expreſſum, ſurda, Chemniti, aure voluiſti tranſire, niſi vt rabidę tuæ omnia calũniandi libidini aliquis in Catholicorum ſcriptis pateret locus? Eiuſdẽ eſt freneticæ amentiæ, quod fol. 93. de D. Matthæi Euangelio, contra nos effutiuit: Lindanus leui pede (inquit) hæc trãſit, fingens tantum μνημόσυνον fuiſſe. At te, Chemniti, quis ſatis credat ſobrium,

Omittit expreſſa Lindani verba Chemnitius, vt locum ſuis inueniat calumniis.

Chemnitius conuitiatur, Lindanũ fingere, quod diſertis Patrum verbis fecit conteſtatum:

Duplex vna in oratione Chemnitij mendacium.

Addit de ſuo Chemnitius verbis Lindani, vt ſuis cauillationibus locũ paret.

& sani capitis, ista deblaterare? An non disertis Eusebij verbis, illud ego commemoro? An non docet lib. 3. cap. 18. D. Matth, Iudæis sui prædicati Euãgelij reliquisse mnemosynon? Duplici ergò Chemniti vanitate, tuas præclaras censuras mendacijs Sathanicis vndique atque vndique scatentes, hic contaminas & me istud fingere ais, cum sint tam luculentè Eusebij Cæsarien. verba. Rursus addis, & me dixisse, Euang. Matthæi fuisse tantum mnemosinon, cum ego istud tuum (tantum) non adderim, sed tu deprauandi causa nefariè ore venenato afflaueris. Istis ex vnguiculis te Chemniti candidus Lector æstimet, qualem in veneranda Concilij Tridentini decreta egeris leonem, qui in ipso tuarum censurarum quasi vestibulo tam insigne non erubuisti dare tot manifestissimorum mendaciorum specimen.

CAP. XIII. *Catechismũ suum an Apostoli vsquã scripto expressum reli-*



Apite 19. Apostolos demonstrauimus, aliter scripturos fuisse nondum Cathechizatis, aliter Christianis dudum baptizatis, ideoque illa Catechistica doctrinæ Christianæ dog-

dogmata, silẽtio fuisse ab illis prçterita: quæ ex tradita Ecclesijs disciplina erant petenda. Hic in nos Chemnitius tam furiosa exclamat oratione, vt vix mihi persuadeam, ipsum sui fuisse satis compotem, cùm ista chartis illineret: Lindanus tragicis vocibus tumultuatur (inquit) in omnibus Apost. scriptis non extare Literis consignatum, quomodò nõdum Christianos ad fidem adduxerint, & quæ fidei capita suis Cathechumenis soliti fuerint proponere, & inde infert, Apostolos non omnia Euangelicæ fidei dogmata, in scripturas contulisse & conclusiisse. Sed non aduertit Lindanus, aut potius videre noluit, in Actis Apost. à Luca non tantum descriptam esse historicam narrationem, quod multi qui prius non erant Christiani, tam ex Iudæis, quàm ex gentibus ad fidem Euangelicam conuersi & facti fuerint Christiani: verumetiam extare ibi integras descriptiones, quæ capita doctrinæ, & quomodo Apostoli proposuerint illis, quos ad fidem Euãgelicam primum adducebant, non tan

quærint tàm istud vox ipsa renuat, & respuat.

tum ex Iudæis, quibus doctrina Prophetica anteà nota erat, verumetiam ex gentibus, qui planè rudes erant doctrinæ diuinitus patefactæ. Deinde 6. ca ad Hebr. dicit capita Catecheseos Apostolicæ recenseri. Atqui plura dicimus, Chemniti, Apostolos adhibuisse fidei dogmata, quam istis locis ostenduntur. Extat quidem illic ea manifestè fuisse proposita, sed quibus ritibus, & pijs cæremonijs fuerint vsi Apostoli, negam⁹ illis aut alijs scripturarum locis doceri, sicuti & plura suis proposuisse indubitatissimum facit ex plurimis S. Eucharistiæ atq; Sacrificij doctrina. Quam inuictam Catholicorū obiectionē, quib⁹ sophisticis artibus eludere conatur Chē nitius, operæpretiū fuerit animaduertere: Sed inquit, Lindanus, certè nec in Actis (ait fol. 118.) nec in Epistolis Apostolorum scriptum est de omnibus illis ritibus, quos non Pontificij circa Baptismum seruamus, nec de Sacramento confirmationis per Chrisma &c. Respōdeo: Hoc & nos dicimus, in Pōtificiorū doctrina multa esse, quę nulla habeant in scriptura testimonia: & ideo cō-
tendi

tendimus illa immeritò tribui Apostolis, quorum nulla extant vestigia vel in Actis, vel in scriptis Apostolorum.

Quàm verò contendatis immeritò, Chemniti, Paulus docet, qui clamat, tenendas Christianis traditiones, quas siue per epist. siue per sermonem acceperunt, quales totus orbis testatur ritus illos baptismo adhiberi solitos. Itaque si nos candido pectore, ac veri studio citra contentionē audiret Chemnitius, facilè foret huius controuersię concordiam inuenire. Cùm enim obiecisset Apost. plura omnino & fecisse, & docuisse, quā scripturis est cōprehēsum, respō deo, Et quis tādē (inquit fol. 118) erit modus, finis, aut numerus eorū, quę sub hoc titulo Eccles. sine teste obtrudētur? Sed quas hic tibi fraudes metuis miser? Nodū in scirpo quęris homo callide. Infinitatē quādā Traditionū tibi more phanaticorū imaginaris titulo Traditionū obtrudendas, sed deliras sanè grauiter. Et modū, & finē, & numerū faciet illa fallere nescia Catholica Christi Iesu Ecclesia, q; nōnisi certa, nisi indubitata, nisi infallibilia suscipit, docet, ppugnat Apost. doctrinę capi. siue ea sint scrip. siue

Nodum in scirpo quęrit Chemnitius ne desit homini contentioso litigandi materia.

traditionibus tacitis, ipsi suum in peculium nulla dæmonum, hæreticorum, aut sophistarum arte expilandum relicta. Quare manifesta est in venerandos Con. Triden. Patres calumnia, quam fol. 127. effutire non puduit. Ipsi tamen iubent nos, (inquit) omissa clariss. luce & certissima regula scripturæ, veritatem, & puritatem doctrinæ Apostolicę quærere in Traditionibus, quæ tanquã ab Apostolis profectæ, nunc à quibusdam iactantur, & hoc nomine venditantur.

Friuola Chẽnitij calumnia in Patres Tridentinos refutata.

Te per Christum obsecro Chemniti, considera diligentius, quod effutire adeò temerè non dubitas, Quòd amissa luce clariss. & scripturam regula, iubeant Catholici quærere veritatem doctrinæ Apostolicæ in Traditionibus, quæ nunc iactantur à quibusdam ab Apostolis profecta. Sed quis te malus exagitat Angelus, vt ista tã manifestè blasphema non pudeat in nos calumniosissimè confingere? Si veritatem quæris, audi Concil. Trident, verba, illa esse fide tenenda, inquit sess. 4. quæ vel in diuinis Scripturis, vel sine scripto Traditio-

tionibus ab ipſo Chriſti ore, aut Spiritu Sancto, dictata ab ipſis Apoſtolis continua ſucceſſione ſunt in Catholica Dei Eccleſia hactenus conſeruata.

CA. XIIII.

Ex perſpicuis Con. Trident verbis facimam ſore candidis atque non contentioſis Euangelij amatoribus concordiæ ſarciendæ rationem.



Ic finis eſſet plurimarum controuerſarum, ſi ille diſcordiæ magiſter, inquietum Chemnitij animum ſapientia carnali, ac ideò pernicioſa & Deo execrabili elatum, typhoq; arrogantiæ inauditæ inflatum ſineret quieſcere. Certè prudentius & rectius facimus, quod veritatem (inquit fol. 128.) & puritatem doctrinæ Apoſtolicæ quærimus in Scriptura: quam ideo ab Apoſtolis Eccleſiæ traditam eſſe, manifeſtiſſima teſtimonia oſtendunt, ne ſub prætextu, & titulo Traditionum Apoſtolicarum, quiduis nobis obtrudi poſſet.

Nihil periculi eſt, ô ſophe, ne toti Catholicæ Chriſti Eccleſiæ quiduis prætextu, ac titulo Traditionum Apoſtolicarum obtrudatur. Habet magiſtrum, ductorem, & doctorem, cui nulla imponat hominum, & ſi callidorũ, fraudulẽtia, quem nulla fallat, & à vero abducat aſtuta, licet veteratoris diaboli, fallacia.

Quod

Quòd ab illius igitur doctrina, tam perspicua, & toto vbique, atque semper obseruata, te passus sis abduci, vide, obsecro te, cuiusnā sit prudentiæ? Prudentiùs, inquis, & rectiùs agimus. Perfrica frõtem Chemniti: prudentiùs, inquis, & rectiùs agimus. Certè illa carnali prudẽtia, quæ mors D. Paulo dicta est, quia Dei legi, Qui vos audit, me audit, non est subiecta. De hac prudētia hoc sęculo prô dolor, plurimis exitiali monet sapiens: Noli inniti prudentiæ tuę: Rursus, Ne tibi videaris prudens in oculis tuis. Hanc enim animi sui nō prudētiā, sed arrogantiam, immò verā stultitiā, qui fallente diabolo decepti sequūtur, ac sese nouatis tradunt grassantis priscorum hæresiarcharum perfidiæ dogmatibus aut sequendis, aut propugnādis, magno lachrymarum fonte deplorandi sunt. In eam siquidem tandem prolabantur insaniam, vt sese alijs prudentius, aut rectius facere audeant impudenter iactare, quàm totus ille à Deo electus in vnitate Fidei Catholicæ, atque Apostolicæ populus Christianus. Dū enim euerso salutis æternæ fundamento

Prudentiorem sese tota Ecclesia Christi Catholica prædicat Chemnitius

mento (quod est pia, religiosaque animi humilitas, & venerabunda erga Matrem suam Catholicam Christi Ecclesiam obedientia : eius sese tradere legibus formandum, & eius vnius sese fidei ex animo credere) superbè audēt veritatē & puritatem doctrinę Apostolicę in scripturis sine luce, nisi sua pręsumptione, malo magistro, quærere, in laqueos incidūt diaboli, vbiq; istis supbis ingenijs insidiātis, perniciosasq; tendiculas magno suo fructu collocantis. Quod q̃ verū sit, varia (eheu dolor) testantur innumerarū sectarū colluuies, quarū singuli ꝓfessores sibi mutuo ex diametro repugnātes, sese veritatē & puritatē verbi Dei quęsijsse, adeoq; sese inuenisse iactitāt. Eorū quosdā vt Chēniti⁹ à vero aberrare negare nequit, quòd suo aduersētur nouo impuri Euāgelistæ Lutheri Euāgelio: ita qui diuersarū sunt partiū, eūdē Chēnitiū nihil dubitāt ꝓnūciare à verò aberrare Christi Euangelio. Istorū ergò errātiū caussa, vt magna ex parte in eò sita est, quod periculosam sequuti sui præfidentissimi ingenij confidentiam arrogantemque ætate mentis præsumptionem magistram : ita ad

concor-

concordiam nihil nos æquè reuocet, quàm illa animi Christianis pectorib⁹ digna humilitas, qua Paulus monet superioribus spiritu mansuetudinis obediendum, & humilibus cōsentiēdū, hāc regulam Apostolicam, si sequi liberet istis contentiosis, quia elatis, arrogantib⁹, atq; præfractis ingenijs, non dicerent se prudentius ac rectius egisse, dum sese vidēt à Catholica Ecclesia aberrare. Ad quem errorem agnoscendum, & ipsos deduceret vel suorum magistrorū doctrina, si modò ipsis fidem habere queat. Sed ea est superbi ingenij indoles, vt sibi magis, quàm vel suis magistris fidat & credat. Vnde tanta in agro dominico oritur indies magis ac magis nouorū dogmatum execrabilis zizania. Certè Lutherus ipse (vt ad rem, quæ agitur, redeat oratio) puerorum Baptisma, si bi putabat Traditione Ecclesiastica statuendum. Brentius quoque homo nō indoctus, negare non audebat, scripturas diuinas suam à Traditione non scri pta accepisse potestatem. Quòd si hos suos in nouo Euangelio magistros pru dentissimus noster Chemnitius sequi non

non dedignaretur, certa esset ad concordiam Germanicis Ecclesijs reddendam aperta via. Habet ergò contra se testimonium suorum magistrorū Chēnitius, Catholicos tam liquidò & certò Traditiones quasdam maximi inprimis momenti nunc controuersas probare esse indubitanter Apostolicas, sicut ea quæ scripta sunt probantur esse doctrinæ certò Apostolicæ. Quare & illud locum habere debet apud moderata ingenia, quod concessurus esset Chēnitius, post verba nūc ex fol. 1729. recitata: Valeat id quod Paulus ait, tenete Traditiones quas didicistis, siue per epistolam, siue per sermonem. Sed nouā elabendi quærit rimulam Chemnitius. Hic verò in controuersia adhuc positum est, an veræ sint Apostolicæ Traditiones, quæ à Pontificijs iactantur. Quādo hoc probauerint, posteà de dicto illo Pauli disputent. Qui pacifico illo Christi spiritu concordiæ omnis magistro ductus veritatem quærit, nullo negocio hic agnoscit certissimam esse apertam concordiæ solidæ viam, modò sese suis verbis constringi patiantur isti

Prothei. Si tam liquidò, & certò, inquit probauerint Traditionem aliquam esse indubitatò Apostolicam, valeat sanè id quod Paulus ait, tenete Traditiones, quas per sermonem aut epistolam didicistis. In his Traditionibus Apostolicis probandis, Chemniti, eundem adhibeas, tuam per salutem te obsecro, candorem, & beneuolũ animum pacis, Christianę studiosum, quem in suscipiendis ex tacita Ecclesiæ Catholicę traditione scripturis, nos æquè certò & adeò æquè liquidò, vtrumque doctrinæ genus confirmare agnosces. Quo enim probationis genere, tu Scripturam defendis esse à Prophetis, siue Apostolis nobis relictam: eodem nos doctrinam de Baptizandis cum sacro Ven. Crucis signo & Chrismate pueris, ac recipiendis sine Baptismo ab hæresi venientibus. Similiter de oratione pro mortuis, ac de Sanctorum inuocatione. Rursus qua certitudine atque liquida ratione tu contra Caluinistas doces, in S. Eucharistia esse corpus Domini, verum & substanstantiale: ꝙ iuxta Cõfess. Augustanã offeratur Deo, tãquam Sacrificiũ Eucharisticum:

ſticum: eadem nos idem Domini Chri-
ſti Ieſu corpus, in Euchariſtia præſens
demonſtramus pijs hominibus, conten
tionem omnem pertinacem fugienti-
bus, eſſe non modò adorandum, ſed tã
pro viuorum, quàm mortuorum pec-
catis etiam propitiatorium. De huius
dogmatis noſtri veritate, nunc non
venit diſputandum: ſicuti nec de illo
veſtro, quo præſens verum corpus in S.
Euchariſtia creditis. Vtriuſque igitur
dogmatis veritate nunc aut data, aut
præſuppoſita, iudicet æquus huius de
Traditionibus certò ac liquidò Apoſto
licis controuerſiæ arbiter, vtrum vos
maiorem adferatis certitudinẽ, quod
hæc 4. Euangelia ſunt certò Apoſtolica,
quàm nos, illa cõmemorata dogmata
eſſe Apoſtolica? Vnde nam obſecro vos
illud, Chemniti, negantibus Svvenc-
feldianis, aut Seuerianis probetis liqui-
dò atq; certò? An aliũde q̃ quia ſic vobis
Catholica toto orbe tradidit Eccleſia?
quia vbique terrarũ ita Chriſtiani ante
nos ſemper ſenſerũt? quia iſta conſtans,
perpetua, atque indubitata fuit totius
populi Chriſtiani ſententia, à qua
 qui

qui diſſentiret, cenſebatur hæreticus? Et firmiora equidem non arbitror te poſſe Chemniti, pro ſtabiliendis ſcripturis diuinis adhibere ſolidæ probationis genera. Quibus ergò tu argumentis diuinam ſtatuere cogeris ſcripturam, patiaris quæſo nos Apoſtolica ſtatuere dogmata. An non iniqui ſit iudicis, & viro Euangelico indignum, plus à nobis expoſtulare, quam abs te tuos patiaris petere concedendum inimicos? Pari ergò animi pacifici æquitate cogites, tibi pro Apoſtolicis noſtris dogmatibus, ſiue non ſcriptis Apoſt. Traditionibus reſponſum, quod tu communibus hoſtibus noſtris Svvenckfeldianis, aut Seuerianis paſſim repullulaſcentibus ſumma reſpondere cogeris neceſſitate. Cū vtrique igitur tam Catholici, quā vos, qui ſeditioſo illo gaudetis Sathanici ſchiſmatis titulo proteſtantes, eadem in defendendis cuique proprijs dogmatibus adhibeamus in accerrimo hoc contra fidei hoſtes conflictu arma, cur obſecro mi Chemniti, non tam certò & liquidò nos illa ſuperius commemorata 4. dogmata probamus, eſſe indubitato

tò Apoſtolica, quam vos illa 4. Apoſtolorum Euangelia? Neque ad omnia traditionum quarumlibet defend:da nos exiſtimes Chemniti, his vti velle armis quaſi nos Apoſtolicũ doceamus, quicquid à quibuſdam tale improbè vendi-tatur, aut imperitè iactitatur, ſed tantũ de illis quæ Catholica Dei Eccleſia ſeſe ab Apoſt. ore profitetur, ab ipſo ſui vſq; exordio accepiſſe. Quod ſi prudenter expendas, metum illum vanum tibi excutiet: quo vereri religioſa quadam pietate videri vis, ne quiduis prætextu ac titulo Traditionum Apoſtoli arum vobis obtrudatur. Huic periculo plus ſatis, mihi crede, cautum eſt per aureũ illud Concilij Trident. Seſſ. 4. decretũ: quo declarat, cœleſtem illam Euangelij à Chriſto Dei filio, eiuſque Apoſtolis prædicati veritatem contineri in libris ſcriptis, & ſine ſcripto Traditionibus, quæ ab ipſius Chriſti ore, ab Apoſtolis acceptæ, aut ab ipſis Apoſtolis dictante Spiritu Sancto, quaſi per manus traditæ, ad nos vſque peruenerint: Ac ne quid ſuperſit ſcrupuli aut ambiguitatis. poſteà eodem Seſſ. 4. decreto expli-

catius ſubtexuit de illis ſe loqui Traditionibus, quæ vel oretenus à Chriſto, vel à Spiritu Sancto ſunt dictatæ,& continua ſucceſſione in Eccleſia Catholica conſeruatæ.

Cùm igitur non ſit in controuerſia poſitum apud æquos huius de Traditionibus certò ac liquidò Apoſtolicis quæſtionis Iudices, an ſint veræ Apoſtolicę Traditiones, quæ a Pontificijs (inquis fol.129.) iactantur, quia potiſſima dogmata illis 4. capitibus nuper commemoratis ferè ſunt compræhenſa, vides pro tua prudentia & ingenio diuinitus tibi non malo donato, vides (inquam) neceſſariò conſequi nos tam certò, ac liquidò probare illa Traditionum capita eſſe indubitato Apoſtolica, quàm tu tua 4. Euangelia eſſe indubitato Apoſtolica. Hoc igitur, niſi fallor, oſtenſo, etſi mihi non illudit veri amor, probato, quod nobis inquiebas, probandum, nunc foret de illo D. Pauli dicto, Tenete Traditiones quas per ſermonem didiciſtis, diſputandum. De quo quia & alibi & lib. 5. erit diſſerendū fuſius, his ad Chemnitij cauillatiūculas dictis nūc

ad

ad institutum redeat oratio.

QVæ pro sufficiētia totiùs doctrinæ Christianæ in epist. ad Roma contenta, nugator Chemnitius adferre molitur, vno leuissimo flatu, ceu vanissima difflantur, quod ne verbulum quidem vnum de Ven. Sacramento Eucharistiæ D. Paulus meminerit, quod insigne tamen esse Fidei Christianæ caput (nisi Caluinizare cum suis Symmachis Lutheranis plerisq; omnib. statuerit) negare nō poterit. Similiter nec de die Dominico, de puerorū Baptismo, de alijs dogmatibus certa fide Christiano viro cōtra Iudaizātes & cæteros impios hæreticos obtinēda. Istud quia illis huius epist. verbis, Audacius scripsi vobis ex parte in memoriā vos reducens, dixi D. Paulum significasse, cauillatur me tam manifesta, firma, & plena cōsolationis vnica illa vocula ἀπὸ μέρους, ex parte, conatū eludere. Quasi ipsa vox, ex partè aliquid scriptū esse, aliud sonare queat, quā nō integrè, aut nō plenè scriptum esse. Istud sophismate quodam conatur infœlix imperito lectori persuadere: Quia D. Paulus ait, & ex parte cognosci-

CAP. XV. Epistolam ad Rom. non esse loco methodi Euangelicæ doctrinæ à D. Paulo propositam.

 mus,

mus, & ex parte prophetamus: ideòne dicemus Paulum etiam viua voce non tradidisse omnia, quæ necessaria erunt? Ita tandem nec in scriptura, nec in Traditionibus Apost. habebimus omnia. Cur ita, quæso Chemnitij? an non indubitatum est, D. Paulum ex parte, ac non integrè Corinthijs sua Fidei mysteria & dogmata coram tradidisse, alia suis seruans & locis & temporibus? An non alia suo tradiderat Timotheo, cui mandat, vt suum custodiat depositum? Habemus ergò omnia in scriptura, & Traditonib. quæ Apostoli ad salutem Christianam necessaria docuerunt. Istud vna volunt conclusum epist. ad Ro. quã quam dicunt Fidei Christianæ complecti methodum: quem titulum ei tribui, annot. fol. 148. me indignè ferrre, An non iusta indignandi est causa, huiusmodi figmentis à verò alienissimis, eter ne imperitorum hominum saluti, sophisticisq; strophis struere insidias? In re tamen tam vana & à fide alieniss. statuenda, conatur palmam alijs suis Symmachis eripere. Sed ipse Paulus explicet nobis (inquit fo. 148.) quo consilio epi-
stolam

stolam illam scripserit, cap. 1. inquit: Impertior vobis aliquod donum spirituale, ad cōfirmandum vos. Et cap, 10. Scio quod repleti estis omni scientia, sed tamen audaciùs scripsi vobis ex parte, tāquam in memoriam vobis reducens. &c. Voluit ergò fidem (inquit) illorum absens per epist. confirmare, idque reducendo in memoriam. Quis dubitat Chemnitii? sed audis illud, ex parte ipsum scripsisse, quæ huc faciant, non vniuersa? Omisit enim quæ non erant controuersa. nec rememoratu necessaria. Sed vnde, obsecro, vel vestigiolum tuæ colligas sufficientiæ. Quia in hac epistola, inquis, ita in memoriam reducit. vt sit minister Christi, sacrificans Euangelium in gentibus, sicut impleuerat illud à Ierusalem ad Illiricum vsque. Ita planè est, an verò non liceat de Euangelio tractare, nisi vniuersa eius exponantur, & pertractentur dogmata? Sed audi Lector candide, insolubile Chemnitij argumentum: quo istam suam stabiliat sufficientiam dogmatum in epist ad Roma. addit Paulum hanc epist. scri-

ſiſſe, cùm inſtituiſſet profectionem Ieroſolymam, de qua Act 20. Cùm igitur eo quaſi ad mortem proficiſceretur, hanc tum ſcripſit epiſtolam, vt ſi quid accideret, literis conſignatum poſt ſe relinqueret, quomodo adminiſtraſſet hoc Euangelium inter gentes, & quod eſſet Euangelium Chriſti, quod impleuerat, hoc eſt, plenè, ſufficienter & perfectè prædicauerat. Quaſi verò non aliter impleuerat Euangelium Dei docens in Eccleſijs gentium, quàm vna hac ad Rómanos ſcripta epiſtola. De quo qui dubitat, cogitet ſerius illud triennium, quod Paulus erudiendis & docendis Epheſijs impenderit, & quod poſteà ſuo mandarit Timotheo Epheſiorum Epiſcopo, vt depoſitum illud traditæ ſanctis fidei cōſeruaret integrum. Sunt quidem hęc ad Rom. epiſtola dogmata aliquot accuratè explicàta, ſed nō ita omnia, vt ſit quædam Paulinæ fidei ac doctrinæ confeſſio (quod temerè admodum ſibi fingit Chemnitius folio 149.) quam totius orbis Eccleſijs commendaret.

Vide

Vide obsecro Lector candidè, quàm temerè D. Paulo affingat Chemnitius Fidei Christianæ confessionem. Sanè si expendatur accuratius, non magis epistola ad Rom. titulum Confessionis Apostolicæ fidei meretur, quàm vanissima illa istorum Protestantium Confessio, quæ vulgò iactatur Augustana, quod in vtraque desinit capita doctrinæ certò Euangelicæ, ac liquidò Apostolicæ plurima, de quibus lib. primo Panopliæ disputatio est instituta. Vt autē figmentum suum stabiliat Chemnitius verba D. Theodoreti depromit, ideò primo loco esse hanc ad Rom. inter epistolas collocatam, quia in se omnis generis doctrinam, & accuratam copiosamque dogmatum pertractionē contineat.

Istud nemo negarit Chemniti, at vbi illa tua probatur sufficientia? non dicit Theod. eam continere accuratam omnium dogmatum pertractationem, quod tuo erat scopo necessarium. Sed excipies, dicit omnis generis doctr. illa contineri. Atque nō dicit omnē omnis

generis doctrinam & Catechisticam & dogmaticam. Verum de quo doctrinæ genere loquatur Theodoretus, sub finē sui in eam argumenti explicat. Post dogmata aliqua à D. Paulo pertractata subtexuit: Porrò actiuæ quoque virtutis doctrinam orationi dogmaticæ admiscuit, simul & veritatem docens, & mores exponens. Sicuti ergò & illam Ethicam tantum hic admiscuit Paulus, quam populi Ro. iam tunc non leuiter degenerantis mores postulabant, ita & alia dogmata exposuit accurratiùs doctrinę Apost. capita, quę Iudizātes potiss. Christiani, in controuersiam protrahebant, aut illis erant cognata, & naturali quodam nexu affinia. Similia plurima rudia, & inexculta, ne dicam multò ineptiora nugatur Chemnitius in cæteras Paulinas epist. quæ longum foret, atque huic etiam instituto minus congruū, ad viuum resecare. Illud tamen quia palmarium sibi adulatur Chemnitius, silentio præterire non possumus, quod D. Paulus affirmat ἐπιγινώσκειν agnosci, epistolas suas ex doctrina, quam præsens viua voce tradiderat. Sicuti &
D.

D. Basilius pulchrè eadem voce vsus, dixit: Agnoui epistolam tuam, sicuti filij nō degeneres, ex similitudine cum parentibus noscitantur. Ea igitur (inquit fol. 147.) quorum cognitionē anteà viua voce Ecclesijs tradiderat, posteà epistolis suis complexus est. Istud extra controuersiam est Chemniti, eum non diuersa ab illis scripsisse, sed tui oblitus instituti, non probas Paulum vniuersa, quæ viua voce tradiderat, Ecclesijs fuisse complexum. Quàm. n. puerile illud, quod eas agnosci ais ex doctrina priùs verbis tradita, sicuti filij non degeneres, ex similitudine cum suis parentibus. At quis ignorat, ita vultum puerorum paternos exprimere mores, aut indolem, vt non multo plura lateant non repræsentata? Istius planè modi sophisma, etiam illud est, quod de Corinthijs quasi obliuiosis discipulis quiritatur Chemnitius, quod eis Timotheum miserat, inquit, fo. 143. qui ἀναμνήσει, quasi obliuione datas in memoriam vobis reducet vias meas. Sed quam hoc nihil ad fictitiam istam vniuersorum fidei dogmatum sufficientiam facit, non solum

lum illud demōſtrat, quod Paulus ſcribit, cætera cùm venero diſponam: ſed ipſamet Chemnitij oratio, quæ ita habet; Simul verò addit ei (Timoth. inquit eodem fol.) quaſi inſtructionem ſeu literas fiduciarias aut credentiæ (ſicut vulgò loquimur) in hac epiſt. qualis ſcilicet deberet eſſe ἀνάμνησις illa, vt inde probare poſſet Timotheus ea quę diceret, à Paulo ſe in mandatis accepiſſe. Hic niſi te ipſa veritate ſuperatum agnoſcas Chemniti, miror quidnam tibi reliquum ſit ſani iudicij Si epiſt. ad Corinthios data erat Timotheo fiduciaria, & vti loqueris, credentiæ, quis tam eſt rerum communium imperitus, qui neſcit multo plura verbis mandari exponenda, adeoq; agenda, quàm ſcripto traddi? Procul dubio cognitum probè habuit, D. Timotheus, omnem Eccleſiaſticam diſciplinam, totamque doctrinam Apoſtolicam, quam pro ipſorum captu & commodo expoſuit, & declarauit, ea ſuis interſerens locis, quæ ex tanta Sanctorum Apoſtolorum traditione, tanquam fidei depoſitum & ineffabilia vulgò acceperat. Hoc illud eſt, quod

quod expressius ad Thessal. ait, Traditiones siue per sermonem, siue per epistolā factas, esse tenendas. Quod enim Chemnitius eludendi caussa fingit. Paulum æquipollentia constituere, Scripturam, & Traditionem, quis tam sit ab surdus: qui istam Sophisticam non sentiat fraudulentiam? Sed Philosophicam planè addit caussam iste sophus noster: Idque inde (inquit fo: 176.) & ideo, quia idem scriptum est, quod traditū. Istud tuis puerulis persuadeas Chemniti, quibus sophistico elencho assueuisti illudere, quem, principij petitionem scholæ Philosophicæ appellant, Pari fallendi studio, ad cæteras DD. Apostolorum transit epist. examinandas, quonam scopo eas scripserint. Quod D. Petrus Syluano sententiam suam scripto compræhensam, & Ecclesijs ex scripto commonstrandam tradidisset. Quid istum fingere, aut refingere pudeat, qui quod in buccam venit, Apostolo Petro audet asscribere? Vbi, quæso te Chemniti, vel vllum apparet vestigium D. Petrū Syluano suam sententiam Ecclesijs ex scripto commonstrandam tradidisse? An

An non istud vanissimum somnium præclariss. D.Petri verba funditus euertunt? Sic enim addit: Contestans hanc esse veram gratiam, siue veram Christi doctrinam, in qua statis. Non ergò eos à Syluani testimonio vult pendere suæ fidei certos, sed à tradita dudum doctrina, in qua salui & integri, atque incorrupti stabant. Quod cùm paulò diffusius, vt ex aliorum Apostolorum, ita etiam D. Petri epistolis nostra exposuisset Panoplia, lib. 1. cap. 18. ita Chemnitius suum saturati nescium calumniandi dentem in nos intorsit. Lindanus fingit Petrum (inquit fol. 178.) illa epistola tantum voluisse confirmare Traditiones, quas sine scripto acceperant. Quæ autẽ fuerint illę traditiones nullo modo voluisse in illa epist. ostendere, vel exponere. Geminum Chemnitij mẽdacium, si pro maiestate, tanto neotheologo digna demonstrare pergerem, æquo longior excurreret huius responsionis oratio. Illud vanissimum est, quod ait me fingere, D.Petrum illa epistola tantum voluisse confirmare traditiones non scriptas. Consulat Lector candidus suas

ipse


ipse aures, vbi hæc verba nostra cap.18. lib.1, Panopliæ audierit. Pari planè consilio & D. Petrus cùm illam epistolam clauderet, coronidem addidit, qua totã Christianę doctrinę summam est complexus. Qui tam diserta verba nostra, nostram in calumniam rapere, immò deprauandi causa, sua nostris adtexere non veretur, nescio quodnam sibi nomen flagitio tam sacrilego dignum inueniat. Qui summam doctrinæ Christianæ dicit à D. Petro comprehensam, an ille docet D. Petrum voluisse Traditiones non scriptas illa epist. tantum cõfirmare? Sed quis tam vecors est, cui nõ aliud sonat doctrina Christiana, aliud Traditiones tantum non scriptæ? Nec illud minori vanitate est à Chemnitio contaminatum, quod addit, me fingere D. Petrum nullo modo voluisse illa epistola ostendere & exponere, quænã illæ sunt traditiones. At vbinam nugator improbe, ego istud de D. Petro dixi? Sed hominem suis iugulatum mendacijs missum faciamus, ad alia progressuri. Nam colligendorum eius mẽdaciorũ nullus est, aut modus, aut finis. Quid

enim illo impudentius, quod fol. 83. in doctissimos viros impudentissimè deblaterat, Eckium, Pighium, & Andradium dicere non fuisse veritos, Apostolos accepisse à filio Dei mandatum, nõ vt scriberent, sed vt tantum prædicarẽt Euangelium. Sed quis tam reperiatur excors, qui tantos viros Apocalypsin non legisse, aut meminisse asserat? vbi tam disertè Apostolo Iohanni ista scribere visitur mandatum. Verum quidẽ est, Apostolos fuisse non ad scribẽdum, sed ad prædicandum missos: sed non tantum ad prædicandum, quod nullus Catholicorũ scriptorũ affirmat, quos tã calumniosè insectatur Chemnitius, vt eorũ authoritatẽ apud imperitiores eleuet Lectores. Hac libidine sua cuilibet quidlibet affingendi raptus Chemnitius, ad D. Iohannis delabitur epistolas. Quod in 2. & 3. epistola (inquit folio 187.) quæ Iohannis nomine ferũtur, dicitur, Cùm multa haberem quæ scriberẽ, nolui per chartam, atramẽtũ, & calamum: sed spero protinus me visurum te, & ore ad os loqui: hoc Lindanus ita deprauat, præcipua quædam fidei capi-

ta,


ta,& ſublimiora Chriſtianiſmi dogmata, Apoſtolos noluiſſe papyro, & atramēto peritura credere, ſed vt perpetua eſſent, Traditionibus commendaſſe. Sed impudens figmētum & manifeſtū mendacium eſt, quod texto hoc vel dicat vel ſentiat.

Quod impudens dicit figmentū & manifeſtum mendacium, non meum eſt: ſed Oecumenij doctiſſimi interpretis, quod illo Panopliæ loco allegauerā. Si ita Superintendenti Lutherano Chēnitio licet ſolida veterū Patrū teſtimonia ipſo textu nixa, & fidei analogia cōſtabilita reijcere, ac tetrum eis præfigere Theta, quid mirandum de ipſorum victoria? Sed vincant, vt Chriſtus & veritas vincat Euangelica, quam tam manifeſtis perſequuntur animis, odio pluſquàm Vatiniano ebrijs, vt cōtra modeſtos ipſius Patronos, tā impudēter nugari, immò falſa comminiſci nihil pudeat.



FINIS LIBRI PRIMI.

SECVNDVS STROMATVM VVILHELMI LINdani Liber, pro suæ Panopliæ defensione, ad Ven. V. D. Martinum Doncanum, Collegij Haghen. Palatinum Decanum, Successorem suum.

CAPVT .I.  Vàm vanas atque friuolas, vereq́ue ficulneas suas operas isti Babylonicæ turris ædificatores, hoc seculo longè miserrimo ab orco renati. V.D. Decane, collocent, atq; stolidè impendant, vt pijs omnibus Deum timentibus non est ignotum: ita tibi præ cæteris quotidiana etiam est illustrium tuorum contra illos Theomachos certaminum experientia cognitum. Bella enim domini assidua, contra illas execrandas simul & (quod sæpe mutuis inter nos sermonibus defleuimus) exitiales infœlicis Hollandiæ nostræ pestes, Anabaptistas, & Caluinistas indefessus tot per annos depugnans, ore docto cōfutans, concionibus elaboratis euertēs, & scriptis vt solidis, ita varijs refellens. Tua enim summa pro ingenij moderati

ti modestia pestilentibus istis atque phanaticis erroribus Dei populum passim crudeliter deuorantibus, & ad Tartara proculdubio ingenti turba (prô dolor) demergentibus populariter refellendis seruire maluisti, & plebeio idiomate apud pios Dei cultores traducere: quàm Latinis scriptis (quod tamē aliquando me hortatum memini) infestos Catholicæ Dei Ecclesiæ hostes refutare, aut iustis armis profligare. Proinde quia exilio Dei caussa es nouo nunc nobilitat⁹ hanc Christo Domino piam infractus repende vicem, vt quod tuæ superest ætatis, Catholicæ fidei propugnandę fideliter impensæ, reliquum conscribendis istorum Theomachorum refutationibus Latinis conseceres. Satis enim datū est popularibus libellis, lingua plebeia in vulgus emissis, grandius aliquod op⁹ illustriori gloria elaborandum Ecclesiæ Christi, vndique tam exagitata & miserrimè conuulsa abs te fideliss. suo Promacho, & inter Veteranos non postremo efflagitat: quo & pijs nostris posteris omnium etiam locorum seruiat. Quæ namque dialecto Belgica scribuntur,

Allusio est ad nomina primariorum istorum nouæ impietatis ministrorum,

tur,ætatem non ferũt, nec temerè alteram,aut ſummũ tertiã excedũt editionẽ. Quod non citra grauiſſimum pietatis damnũ fieri,equidem nihil ambigo, ſed talia ſunt huius ſæculi auribus prurientis ingenia,vt niſi nouis,plauſibilibus,blandis & ad populi phaleras cõcinnatis gaudeãt. Proinde ſtylũ longa rubigine non tam hebetẽ,quàm recõditũ atque obſcuratũ deterge, ſedulò exerce ſimul&excaue,iaculiſq́; latinis fortiter vibratis eminus iſtos pete leones, vrſos corbiarios,graueſq́ lupos: qui vineam Dei Sabbaoth tã atrociter vndiq; inuadẽtes, vaſtãtes,depopulãtes, ac tantũ nõ exterminãtes, deuorant lectiſſimũ iſtũ populũ Dei,quod Dei Spiritus ore Dauidis conqueritur, tanquàm eſcam panis. Deus Optimus tibi tranquillum ſua miſericordia ineffabili obtulit hac in tempeſtate omnium ſæuiſſima portum,vbi relicta Delphenſium tuorum Eccleſia, & Haghenſi noſtro excluſus per Theomachos nobiliſſimo Collegio priſtinis ſtudijs, pijſq́ue Hæreticorum paſſim graſſantium refutationibus valeas commodiſſimè vacare. Iſt-
hoc

hoc enim studiorum genere pio Catholici Regis nostri Philippi facies satis desiderio, qui pro eximia sua in Deum, & paternam Religionem fide, voluit te in nobilissimo suo isto Palatino Haghensi Decanatu mihi prò te supplicāti successorē dare, licet cōpetitores haberes plurimos, magnis & patrociniorum titulis ornatos, & quasi vrgentium clientelarum precibus armatos. Verissimum n. agnoscebat sua Maiest. quod literis hac de re ad ipsum datis exposueram fusius, nō debere illi nobiliss. Canonicorum Collegio aliquem inundantibus passim istis hæresean in horas inualescentium tempestatibus præfici, nisi qui egregia fidei Catholicæ doctrina instructus, zelo Dei eximiè accensus, & Christiana fortitudine singulariter armatus sese grassantibus, & indies iam tunc inualescentibus hæreticorum cateruis, auderet heroicè obijcere intrepidus. Quorum Catal. qui a ex more mihi opulentum illum Decanatū contra deplorādós huius sęculi auariss. mores & aulica exēpla, p Christi gloria resignaturo necesse erat cōtegere, te primū inter

Quibus de caussis D. Decanus à Lindano successor Catholico Regi loco primo inter cæteros nominatus fuerit creatus Decanus Collegij Haghen. in Palatio.

cæteros ſpectatæ admodum virtutis, atque indefeſſis contra Diabolicas iſtas hereſeωn variè graſſantium acies Christi ouilia oppugnantes digladiationib⁹, aſſiduiſque conflictationibus, non minus præclarè per Hollandiam exercitatos, quàm heroicè nobiliatos, nominaui. Hac enim ratione mihi perſuaſum habui, gloriam Chriſti Ieſu Domini noſtri cum primis celebrandam, ſi loco tam nobili & totius propemodum Belgicæ omnium celeberrimo præeſſet, qui & errantes Chriſti oues in viam reducere, & ſeductas ad deſertam diaboli fraudibus, vaniſque hominum ſophiſmatibus Chriſti veritatem Euangelicã valeret reuocare. Ad tribunal ſiquidẽ Haghen. cui Decanus Collegij Palatini Paſtor eſt, ſolent vndique adduci, qui maioribus atque grandioribus de cauſſis capitalibus rei peraguntur. Quò igitur optatis in Deo fruamur votis, agè mi Doncane in Chriſto ſemper ex animo chariſſ. age inquam, vt Euangelica Chriſti veritas, tot innumeris infeſtiſſimorum Chronomachorum telis impetita, & paſſim craſſiſſimis Diabolicorum

rum mendaciorum nebulis obſcurata, tandem elucefcat, priſtinumque ſuum ſplendorem, cultum, & nitorem apud pios Dei cultores recipiat, quod iſthic fiat percommodè, ſi tuum indefeſſum legendis Orthodoxis PP. impenſum ſtudium in refutationem Latinam conuertere non differas: quapiam auorum noſtrorum doctrinam certò certius ab Apoſt. vſque nobis continua ſucceſſione proditam, & per manus quaſi traditam oſtendas perpetuo Catholicorum ſcriptorum conſenſu, vbique eandem in Eccleſia Chriſti Catholica propoſitam, & conſtanter in hæc vſque poſtrema ruentis iſtius mundi tempora propugnatam. Quod etſi omnibus in veterum PP. ſcriptis vel mediocriter verſatis, eſt ipſa meridiana ſolis luce magis perſpicuum: tamen qua hoc infœliciſſimo ſeculo inuidus ille Diabolus quoſdam ſiuæ Pſeudoeuangelicæ perfidiæ miniſtros certè callidos, & dolo malo verſutos excitare non deſinit, quorum vigilanti ſanè inſidiantique ſtudio denſiſſimos ſuo illo ex Apocalyptico abyſſi infernalis puteo fumus choruſcanti

Cur doctis viris hodie laborandum & ſcribendum contra ſacrilegos iſtos pſeudo euangelicos priſcæ perfidiæ nouatores Apoſtolicæ fidei deſertores.

Christi Euãgelio offundere satagit, exitialibus istis studijsquacumque ratione occurrẽdũ equidẽ arbitror. Istorũ verò miserorũ suorũ mancipiorũ opera, cò improbè abutitur, vt obtensa quasi noui Euãgel. larua, imperitiores Lectores, & qui incautius corrasas, rapsodijsq; pudendis imperitè cõsutas, sed callidè ad fraudẽ cum primis exitialẽ concinnatas, ex Orthodoxis Patribus sententijs Catholicæ doctrinæ expositas lectitant, à veritate, quæ in Christo est, seducantur. Quod de plurimis, prô dolor, nobis est nũc pijs lachrimis deplorãdũ. Certè quò penitius equidẽ aduersaria istorum Theomachorũ scripta intueor, accuratiusq; ad ipsos fontes, vnde mẽdicata, ne dicã emẽtita suæ nouæ perfidiæ petere non dubitant testimonia perpendo, hoc magis in auita nostra Religione constabilior, totus teneor, indubiusque magis atque magis incredibili animi huius gaudio confirmor, dum artes illorum verè sophisticas magis agnosco, & mẽdacijs manifestissimis, ac ideo patre ipsorum diabolo dignissimis, tã impudenter, tam scelerate, tam sycophanticè

phanticè abuti perſpicuè deprehendo. Inter iſtos verò Theomachos, atq; perniciosos, Eccleſiaſticæ cōcordiæ perturbatores principem nunc tempeſtatis ferè locum tenere ſe putat Martinus Chēnicius Lutherani ſchiſmatis Superintēdens, qui vt ſeſe in oppugnanda noſtra Panoplia, venenatis renouatæ per Lutherum impiæ atque ſacrilegæ priſcorū hæreſiarcharum perfidiæ, dogmatibus, iam dudùm oppoſita geſſerit, porro nunc aggredimur demonſtrare. In qua cùm eſſet liquidiſſimis veterum Orthodoxorum Patrum tam Græcorum, quàm Latinorum teſtimonijs à nobis demonſtratam, non ſolum ea Chriſtiano populo credenda fuiſſe ab ipſis vſq; Apoſtolicæ Chriſti Eccleſiæ in cunabulis, quæ in ſacris continentur ſcripturis ſed quæ extra eam etiam ſiue vna cum ea ſunt perpetuo ac fideli piorum maiorum Traditione quaſi per manus poſteris prodita, magno ſanè molimine huic indubitato fidei Chriſtianæ principio inuictoq; Axiomati obnitēdū ſibi putarūt quidā nouatæ iſtius per Lutherum perfidiæ propugnatores.

ALte-

ALterum illud igitur verbi Dei genus, quod in Traditionibus Apostolicis ſitum eſſe omnis docet, Orthodoxorum Patrum noſtrorum antiquitas, ſemel funditus euerſurus Chemnitius, varias ſibi molitur machinas, quibus illud expugnet. Maximum verò ſibi præſidium putauit collocandum in confingendis ſiue diſtinguẽdis ſeptem, aut octo Traditionum generibus: quorum nos capita quędam perſtringem⁹, quòd ea non modò vaniſſimus ſtabilierit nugamentis, rerumque inanibus cõmentis: ſed manifeſtiſſimis etiam mendacijs ſacrilego veritatis occultandę ſtudio impudenter, immò nefario ſcelere adeoque ſycophanticè adhibitis. Cum igitur inficiari non poſſet nos in Panoplia oſtendiſſe, Patres veteres dogmata quædam fidei olim ex traditionibus nõ ſcriptis defendiſſe, ſophiſticis ea conabatur eludere ſtrophis. Ex D. Cypriani epiſtola ad Pompeium lib. 20. cap. 5. demonſtrarã illud Traditionis non ſcriptæ caput poſſe confirmari, atque irrefragabili argumento ſtabiliri, dum ait Cyprianus in grauiſſima illa queſtione

de

de rebaptizandis hæreticis agendum fuiſſe Dei Sacerdotibus, vt in aliquo ſi mutauerit & vacillauerit veritas, ad originem Dominicam & Apoſtolicam Traditionem reuertamur, & inde ſurgat actus noſtri ratio, vnde & ordo, & origo ſurrexit. In hæc verè aurea D. Cecilij Cypriani glorioſiſſimi Martyris Chriſti verba, Scholion in margine adieci, extare hic rationem certiſſimam ſimul & facillimam, componēdorum omnium iſtius tempeſtatis diſsidiorū.

Hanc verò Chriſtianam concordiā peroſus Chemnitius, ſuam maluit Patriæ dulciſsimæ pernicioſam excolere diſcordiam, à Patre ſuorum mendaciorum Diabolo ſatam. Erat igitur hominis pacifici, atque Chriſtianæ vnitatis & Euangelicæ pacis ſtudioſi hanc viam concordiæ, à Diuo Cypriano indicatā ſequi, & omnia illa quærere conſilia, quæ huc vllo faciant modo. Quid ille igitur, fortaſsis inquies, an ne manſueto ductus Chriſti ſpiritu, viam concordiæ conabatur inuenire? nihil minus: ſed furibundo arreptus ſui maledici, ac conuiciatoris ſpiritus œſtro, in me ferox

uox insurgit. Audita illa Cypriani voce, sed ad Apostolicam Traditionem reuertamur: mox Lindanus exclamat (inquit Chemnitius fol. 303.) audis non saluberrimam non scriptæ Traditionis authoritatem? sed sceleratè præterit, quod in eadem epistola extat, Vnde est ista Traditio, vtrum de Dominica & Euangelica authoritate descendens, an de Apostolorum mandatis epistolis veniens? Ea enim facienda esse quæ scripta sunt, Deus testatur Ioan. 1. Si igitur aut in Euangelio præcipitur, aut in Apostolorum epistolis & actibus continetur, & quæ. seq.

Incaute ad modum se ipse Chemnitius euertit in constituendo suo primo Traditionũ genere.

Hæc autem verba ita vrget Chemnitius, quasi D. Cyprianus solùm illa voluerit Christianis obseruanda, quæ ab Apostolis tradita, fuere posteà in literas relata: quod primum facit suarum Traditionum genus. Sed fallitur pueriliter nimium, ac dum illud primum suum Traditionum genus conatur stabilire, se miser suo iugulat gladio. Cùm dixisset, primum Traditionum genus illud constituemus, quod ea habet, quæ Christus & Apostoli viua voce tradiderunt,

quę

quæ posteà ab Apostolis sunt literis cōsignata, sæpe namque ista vocantur traditiones, in cuius confirmationem ista subtexiuit. Ita Cyprianus dicit in calice Domini offerendo, vt vino misceatur, Dominica Traditio seruetur: ne aliud fiat à nobis, quàm pro nobis Dominus prior fecit, atque hæc traditio scripta extat. Vbi quæso Chemniti? apud quem Euangelistarum obsecro te, vel vna extat literula, de Calice domini vino & aqua miscendo? An non pudet te in re tam manifesta, reluctante animo tuo, & misera reclamante conscientia mentiri, hanc miscendi aqua vinoque Calicis extare in scripturis Apostolicis Traditionem? Sed vt se probandi sui mendacij onere liberet Chēnitius, ad aliam conuertit se strophā verè sophisticā nō leuiori mēdacio insignē. Obseruet autē Lector (inquit eodē fol. 300.) quàm candidè agāt Pontificij. Vbicunque enim inueniunt vocabula Traditionis, quæ ex scripturis probari non possunt, sicuti 1. Cor. 13. Tradidi vobis quod accepistis, sed Paulus scripto explicauit, q; sunt illa quę tradiderat

Reiecto Confirmandi sui mendacij onere Chemnitius ad stropham nouam sophisticam conuertitur.

Christum

Christum mortuum esse pro peccatis, sepultum resurrexisse. & post quædam: Et tamen sunt homines, quos non pudet hunc locum torquere ad Traditiones, quæ iactantur extra, præter, & contra scripturas. Quid nam frontis habeat Chemnitius, in commemorandis, immò confingendis nostræ Catholicæ doctrinæ fundamentis & argumentis, quibus illam tueamur, vnus hic liquidò candidis Lectoribus demonstret locus, qui tot illustribus scatet mendacijs Ait nugator: Vbicumque inueniunt traditionis vocabulum, illud mox detorquent ad suas Traditiones, quæ ex scripturis probari non possunt. An nō tuæ Chemniti te pudeat, vnquam vanitatis, quisnam tam reperiatur stupidus, qui illud nesciat Paulinum axioma, Tenete Traditiones, siue per epistolam siue per sermonem acceptas? quis hic nō videat, duo proponi genera, ad quorum vtrumque illa sit vox, Traditiones, referenda? Quomodo igitur nugari non erubuisti, Vbicunque illud Traditionis vocabulum inueniunt, mox detorquent ad Traditiones, quæ ex scri
ptura

ptura probari non possunt? Immò si verum audire sustines, atque candidè nos vis intelligere Chemniti, nos ad eas referrimus, quæ partim sunt scripto comprehensæ, quemadmodum Paulina postulat doctrina, quæ tanta est perspicuè veritatis luce perfusa, vt nemo, nisi aut cæcus malitia, aut concordiæ Christianæ odio ebrius, dubitare, aut eam ignorare posſit. Deinde illud fædiori est mẽdacij labe contaminatum, quod effutiuit os vaniſsimum. Reperiri inter Catholicos, qui hunc D. Pauli ad Corinth locum, detorqueãt ad traditiones, quæ iactantur extra, præter, & contra scripturam. Os improbum, quem obsecro in medium proferes huius vaniſsimi dicti tui testem? Deinde illud quàm est obsceno Diabolici mendacij luto defædatum, esse inter Catholicos, qui traditiones vllas tueatur, quæ sunt contra scripturam. Non hic nobis iustæ indignationis honesta defuerit oratio, si nefarium hoc istorum Theomachorum tam improbè mentiendi artificium liberet suis depingere coloribus: sed satis est candido lectori, extremas Diaboli-

Altera Chẽnitij vanitas deiecta.

Tertium Chẽnitij mentum:

corum mendaciorum tam manifestorum lineas monstrasse, vt ex hisce vnguiculis infernalem illum in istis suis mancipijs rugientem agnoscant leonem. Igitur ad illam D. Cypriani redeamus epistolam, in qua Chemnitius criminatur me sceleratè prçterijsse, quod in eadem extat nostris Traditionibus non scriptis aduersarium, Vnde est ista traditio? Quæ nos sceleratè præterijsse adeò acriter criminatur Chemnitius, non scelerato fallendi, aut veritatē obscurādi studio fuere omissa, cū omnia ex tā longa epistola, nō fuerint recitanda: sed quia hæc verba à Chemnitio cō memorata cōtinent argumentū, quod D. Cyprianus tunc temporis putabat non scriptæ huic Traditioni, quæ inter Africanos & Italos controuertebatur, opponendum. Res enim noua illi & aspera videbatur, Baptisma hæreticorū extra Ecclesiam ab Antichristis datū approbare, & mendacia, & contagia profanæ Tinctionis vsurpare. Stephanus Ro. Pontifex hac in re nihil innouandum mandarat Episcopis Africanis, nisi quod traditum est, vt manus illis

Quo studio illa D. Cypriani verba à Chēmitio obiecta fuerint in Panoplia Landani omissa,

illis ad Ecclesiam redeuntibus, imponeretur. Hic Cyprianus interrogat, vnde ista traditio? & vbinam scripta legatur, inquirit. Verùm non ita in hac Traditione suscipienda scripturam vrget D. Cyprianus, quasi eam recipere nollet, nisi ex literis sacris demonstretur: cùm ipse epist. contra Aquarios, non scriptam aquæ vino permiscendæ traditionem, mordicus defendendam doceat: sed disertè profitetur, si ista traditio de non rebaptizandis hæreticis ad Ecclesiam redeuntibus non fuerit Ecclesijs per maiores nec scripturis, nec viua voce atq; liquidis agendi exemplis tradita non esse recipiendam. Sic enim paulò post scribit. Quod si hæreses cõstat postmodum plures, & peiores extitisse, & si retrò nusquam omnino præceptum est, neque conscriptum. Audis hic lector candide D. Cyprianum argumento D. Stephani Papæ Ro. cõmotum nõ nihil, vacillantem, atq; subnutantem, An fortè doctrina eius tam acriter ab ipso exagitata, & tantum, nõ hostiliter oppugnata, contra quam ille vetuit quid quam innouandũ, esset aut viua,

D. Cyprianus duos explicat defendendæ. Fidei fontes. A maioribus sse præceptũ aut conscriptum.

voce præcepta, aut literis conſcripta. Non enim poteſt alicui tam ſui oblitus videri D. Cyprianus, vt contra omnes omninò Traditiones non ſcriptas pugnare voluerit, qui eas tam multas ipſè non modò ratas tenebat & firmas, ſed ijs etiam tanquàm immotis Fidei doctrinæ Chriſtianæ baſibus nitebatur, quemadmodum vna illa epiſtola, vt diximus, contra Aquarios ſui ſæculi errores plus ſatis demonſtrat. Verum ne quis hac de re ambigat, hæc ipſa epiſtola, vnde ſuum commentum Chemnitius conatur ſtabilire, noſtramque (vti blaterare non puduit) ſacrilegam præteritionem aliquo colore confirmare. Solis luce clarius idem euincit, illis verbis admodum perſpicuis in Panoplia recitatis, Vt ſi in aliquo nutauerit & vacillauerit veritas, ad originem Dominicam & Euangelicam, atque Apoſtolicam Traditionem reuertamur, vt inde ſurgat actus noſtri ratio, vnde & ordo, & origo ſurrexit. Hoc iacto fundamento Catholicis omnibus Patribus illius ætatis ex communi ſententia rato & profeſſo, cœptum fuit toto mox orbe

orbe in huius quæstionis originem accuratius inquiri. Quid Cyprianus cum suis illius seculi Episcopis tunc temporis putauerit, notum est. Quid Patres Ecclesiarum Christi tam Orientalium, quàm Occidentalium inuenerint, eruerint, priuatim senserint, & publicè suis in Synodis hac de quæstione grauissima conuocatis definierint, res ipsa in hunc vsque diem declarat: nempe Rom. Pontificem Stephanū, cum suis, veritatem Apostolicam & doctrinam defendisse. Cyprianum cum suis à verò tunc temporis aberrasse. Quod Africani Episcopi, teste D. Hieronymo, contra Lucife. Dialogo, vnà cum Ro. Ecclesia sunt sequuti. Sed quo, inquias, iudicio? quonam verbi Dei testimonio? qua Scriptura? Audi optime Lector, ecquid hāc D. Stephano peperit victoriam: Non scriptura, sed Traditio sine literis Christiano populo ab Apostolis olim ab initio vsque tradita. Sic enim Eusebius ille Cæsarien. Lib. 7. ca. 2. testatum facit, D. Stephanum Ro. Pontificem maiorū suorum regulam sequutum, hæreticos non esse rebaptizandos statuisse. Africanos

canos etiam illos Episcopos D. Stephano diu refragantes asserit D. Hierony. contra Lucifer. Dialogo, ad antiquam consuetudinem fuisse posteà reuolutos, nouumque hac de re priori suo Synodali contrarium emisisse decretum. Quod facimus, inquiebant, ita & nobis Maiores nostri, & illis sui tradidere maiores. Hoc illud est, quòd D. Augustin⁹ lib. 5. contra Donat cap. 23. & alibi, pro palmari vrget argumento, fuisse grauissimis illis D. Cypriani rationibus vario scripturarum testimonio nixis, atque non improbabili specie plausibilibus oppositam, sine omni Apostolorũ scriptura Ecclesiasticam consuetudinẽ. Consuetudo illa (inquit) quæ opponebatur Cypriano, ab Apostolorum Traditione exordium sumpsisse credenda est. Quo in argumento Augustiniano, quantum sit authoritatis euidẽtis omnino, & efficaciæ prorsus insolubilis, agnouit facilè sua pro sagacia Chemnitius: qui hoc aureo D. Augustini testimonio, sese prorsus ita conuictum sensit, vt nullam superesse sibi viderit elabendi rimam. Itaque fraudulentia vsus

Sathani-

Sathanica, hæc illustria Diui Augustini verba maluit citare mutilata, quam sese veritate superatum ingenuè orbi profiteri, quemadmodum Libro primo, capite quinto copiosius est demonstratum.

CAP. III. D. Athanasij estimatio.

LEthalem plagam suo dogmati nouo Chemnitius à nobis senserat ex perspicua D. Athanasij sententia inflictam, ideoque illam alio studet detorquere. Insignem faciunt iniuriam Athanasio (inquit folio 361.) Staphilus & Lindanus, qui eum huius sententiæ faciunt authorem, quòd volunt nos sine iudicio, & recusatione à scriptura discedere, & sententijs, quæ ex Patribus citantur, assentiri, etiamsi nullo scripturæ testimonio probentur.

Multa hic peccare Chemnitium eruditus lector agnoscit, quæ ad inuidiam scriptoribus Catholicis conflandam sunt comparata. Non iubemus Chēniti à scriptura discedere, sed certam eius sententiam & indubitatā cōtra nouatores à Patribus inter se cōsentanea Fidei tradentibus petēdā. De-

inde multa cum eiſdem docemus eſſe Fide ſuſcipienda, quæ nullo poſſunt liquidò & indubitatò ſcripturarum teſtimonio confirmari. Eò pertinere illos blaſphemos Arrhianorum & cæterarū peſtium errores, quos D. Athanaſius epiſtola ad Epictetum commemorat, agnoſcet, qui totam perlegerit, Complexa eſt enim infernalem illam priſcorum hæreticorum lernam, quæ in orbem cum pietatis dammo grauiſſimo pridem exundauit. Eas omnes vno quaſi telo D. Athanaſius iugulandas putauit, nos ad Chriſtianæ noſtræ Fidei originem deducens. Firmum enim cōtra omnes impiorum nouatorum blaſphemias, iaciens fundamentum: Quis iſta audiuit? (inquit) quis docuit, aut didicit? Ex Syon enim prodibit lex', & verbum Domini de Hieruſalem. Hæc autem quando prodierunt? imò quis Infernus iſta eructauit? & quæ ſequuntur, magno catalogo impietatis Sathanicæ dogmata. Quibus diffusè enumeratis, ſubtexuit verba, quæ nos in Panoplia recitauimus: Quæ ita manifeſto praua peruerſaque ſunt, ea curioſius tractare nō
opor-

oportet, ne contentiosis hominibus ambigua videanrur: sed tantummodò ad ea respondisse suffecerit, ista non esse Catholicæ Ecclesiæ, neque Patres ista sensisse. Hic exclamat Chemnitius nos dictum Athanasij mutilatum, & truncatum recitasse. At obsecro te Chemniti, quid nam omissum est, quod ad pleniorem D. Athanasij sententiam explicandam faciat? An non Epictetum docet solidissimam esse omnium illarum in Christum blasphemiarum solutionem, certamque à fibris vsque profligationem, nouis illarum pestium dogmatibus obijcere, Istam doctrinam esse Catholicæ Christi Ecclesiæ ignotam, nõ ita nostros Patres olim sensisse? Qua enim methodo, vniuersas hæreticorũ phalanges, aut subuertas citi' aut ꝓfliges firmi': aut extirpes magis stirpitus? Solidissimam igitur iuxta ac omniũ facillimã D. Athanasius Epicteto Corinthiorum Episcopo præscribit rationẽ, qua aduersus omnes nouarum impietatum Magistros, & se in posterum, & suos discipulos muniat, atque in constanti Orthodoxæ Fidei professione tueatur.

Scripturis præstruit D. Athanasius liquidã Ecclesiæ doctrinã, vt solidius hæreses nouas euertat.

atur. Atqui reclamat Chemnitius, illas fœdas ſententias ſcripturarum teſtimonijs Athanaſius refutauit. Sed ita refutauit, vt illarum ſcripturarum fundamentum, priusq; tam diſertè in liquidò & certò Eccleſiæ ac Patrum conſenſu firmauerit: quem conſenſum illis blaſphemijs putauit firmius opponendum, quàm ſcripturas ipſas, quas miris ſophiſticis artibus iam pridem eluſerant: quemadmodum docuimus altero D. Athanaſij teſtimonio in Panoplia recitato. Quod veriſſimam iſtã ſententiã euincit, D. Athanaſium ſenſiſſe dogmata Fidei eſſe Chriſtianis ſuſcipienda, etiamſi non manifeſto ſcripturarum teſtimónio eſſent confirmata: ſufficere, ita Catholicam tenere Eccleſiam: Patres noſtros Orthodoxos ita ab initio ſenſiſſe. Quod ſi candidè Chemnitius acciperet, certiſſima eſſet concordiæ ratio. Non enim volumus (quod temerè ac imprudentiſſimè cauillatur) eos ſine iudicio & recuſatione à ſcriptura diſcedere, & ſententijs Patrum aſſẽtiri: ſed vnà cum Patribus ſentire, diuinis ſcripturis, & traditis ab initio dogmatibus cõſentanea. Te-

Temerè admodum igitur hoc loco, vti & alibi, immeritò Chemnitius quiritatur ſcriptores Catholicos non candidè tractare teſtimonia Patrum. Falſum enim oſtendimus crimen, quo nos improbiſſimè inſimulare non pudet, quod mutila illa & truncata protulerimus: cùm ea quę ex ſcripturis pro dogmatibus veteri Patrum noſtrorum Traditione Chriſtiano Populo relictis ſubinde poſt adferunt, eo adferunt ſcopo, vt ſcripturis ſeſe non repugnantia, ſed conſentanea καὶ σύμφωνα & conſona docere pijs demonſtrent: ſcientes improba hæreticorum ingenia, poſſe plurimas SS. Scripturarum ſententias huc illuc ſubdolè atque callidè detorquere, ſophiſticiſque ſtrophis in aliam & aliam faciem, etiam idem verbi Dei capitulum ita fraudulentis commentis deformare, vt veritatis ſpeciem maximã imperitis habere videantur. Qua ſophiſtica ſtropha cùm omnes vtantur hæretici, & noſtræ imprimis huius Lutheranæ tempeſtatis, eandem etiã verbi Dei ſentẽtiam contrarijs inter ſe pugnantes detorſionibus deprauantes, conſultiſſimum

Catholicos nõ recitare mutilata PP teſtimonia, quod cauillatur Chemnitius, iã.i ſacrilegij ipſe toties iã manifeſte conuictus.

Alijs ſacrilegium ſcelerate aſſingit, cuius ſibi eſt ipſe conſcius ac manifeſte paulo ante conuictus.

 mum

mum & certissimum putarunt tuendę adeoque conseruandæ Christianæ Fidei præsidium, dogmata sibi à Maioribus relicta, indubitatis cōfirmare Christianæ Ecclesiæ Traditionibus. Siquidē hæ nullum admittunt sophisticæ fraudulentiæ fucum, nullam patiuntur fallaciam hæreticam, quinimò audacia & verè Cyclopica ipsorum molimina, illis Abironico fastu opposita, confestim agnoscuntur esse Sathanæ commēta, & hominum mente corruptorum, vti Paulus præmonuit, doctrinas.

IN eiusdem articuli Fidei confirmationem, & D. Gregorius Nazianze. Traditione non scripta fuit vsus, quemadmodū Panopliæ lib. 2. ostendimus, verbisque Græcis euicimus. Ea Chemnitius ore inuadens rabido, clamat illud Nazianzeni τ φιλίαν τοῦ γράμματος studium literę esse pallium seu prætextum impietatis, hoc Lindanus ita deprauat, inquit fol. 345. quasi Nazianzenus sentiat impietatem esse, ita addictum esse scripturæ, vt nullum dogma recipiatur, quod scripturæ testimonijs probari non possit: cum ipse Nazian-

Nazianzenus dogma illud, quod ibi tractat de diuinitate Spiritus sancti multis scripturæ testimonijs prolixè probet Non dubium est quin plurima hanc in rem proferat Nazianzenus scripturarum testimonia, sed quum sciret vir doctissimus simul & eloquentissimus, ea posse fraudulenta hæreticorum astutia in varios deprauari sensus, ideò præter illa etiam Ecclesiasticas admouet Traditiones, quibus euincit, nos in Spiritum Sanctum non modò vt Deum credere: sed etiam sanctificari & cõfirmari, siue perfici, & consummari, quòd solius Dei esse indubitatum est Christianis. Contra verò hanc Spiritus sancti diuinitatem Eunomiani obijciebant, quod peregrinum & Agraphon, & scripturis non comprehensum Deũ prædicarent Basilius cum Nazianzeno & suis. Ideoque ex scripturis volebant sibi hoc Fidei dogma firmiter & manifestè probari. Hinc D. Nazianzenus in eos lepidè non minus quàm falsè dixit, studium literæ, siue textus scripturarum (nam eodem recidit, cùm sine suo genuino sensu scriptura conside

ratur

ratur, aut deprauatur) ipsis esse pallium suæ impietatis, quam manifesta Ecclesiæ non scripta Traditio refellebat. Vnde eam postea grauiter vrget, dicẽs, Nos quod didicimus in Ecclesia, prædicamus. Non ergò nos illa Nazianzeni verba deprauàmus, cum ea contra Eunomianos dicta declaramus; quòd nimium vrgerent dogma Fidei ex scripturis oportere probari, quia post scripturas in variũ sensum flexiles, & quæ multas patiantur fraudulentorum hominum astutias, illis indubitatam Ecclesiæ opponit Traditionem, cui vt reluctarentur infœlicius Eunomiani, studium scripturarum suæ impietati propugnandæ prætexebant: quasi errasse non deberent videri, qui nihil sese contra scripturas sentire asserebant. Sed quod liquidis non potuit scripturis demonstrari, apud pertinaces & refractarios, hoc Ecclesiastica indubitatum faciebat Traditio.

CAPVT V. Basil.

CAEterum quò manifestam sibi veritatem magis euerteret infœlix Chemnitius, atque saluti suæ (quod oẽs Hæreticos facere docet

D.

D. Irenæus lib. 3. ca. 9.) magis repugnaret, illuſtria Orthodoxorũ Patrũ hac de re teſtimonia à nobis recitata callidè diſſimulãs, obſcuriora quædam, ſiue minus in ſpeciem efficacia, rabido ſibi rapit ore arrodenda. Si veritatẽ ex animo atq; candidè quæreret apud veteres Patres Chẽnitius, iãdudũ eam in vno verè aureo illo D. Baſilij teſtimonio à nobis Panopliæ ca. 5. lib. 2. cõmemorato, perdidiciſſet, modo illud ex lib. de Spiritu ſancto cap. 27. recitatũ, cãdidè ac ſyncerè intelligere vellet. Tã enim eſt perſpicua veritatis luce vndiq; perfuſum, immò illuſtratũ, vt illud vel primipilaris Lutheranorũ Agoniſta Brẽtius aſpicere, niſi oculis cõniuentibus, non potuerit. Quod enim perſpicuè ipſos Eccleſiaſticæ nõ ſcriptæ Traditionis hoſtes ad vnum omnes iugularet, & certo certius planè funditùs euerteret, fingebat ſtolidiſſimè iſtud D. Baſilij teſtimonium inter ea Patrũ dicta referẽdũ, quę Patrib9 ignoſci poti9, inquit, debeãt quàm probari, quod incogitanti (ait homo impudẽtiſſimæ linguę) fortè excidiſſet: diſſimu

Stratagema Brentij in aureum D. Baſilij locum de authoritate Traditionum non ſcriptarum, quã tegendum ille delirabat, quod ei temere excidiſſet.

dissimulandam igitur, & tegendum esse hoc D. Basilij testimonium. Verùm quàm id prudenter, illic ostendimus. Potuisset eodem collyrio & Chemnitius sanari, modò sapere vellet: sed reiecto per furorem adamatæ impiæ sectæ, quo vniuersi rapiuntur hæretici, & tãquam œstro perciti feruntur amentes, salutari pharmaco ex saluberrimis Magni Basilij verbis confecto, cæcas vltro sibi offundit tenebras, ne affulgens vndique veritatis lumen, magno suo bono aspiciat. Suggerebat religioso isti homini conscientia, Brentium suũ infœliciter hac in arena pridem versatum, quòd nimis rusticè ac verè impudenter de tanto viro, quem orbis oculum, & Ecclesiæ columen veteres venerantur, fuisset loquutus, quòd se ipse tegeret, quòd imprudenti ista excidissent quum se ipse alijs in actionibus emendarat. Quare illo quorundam refutationibus, ceu flagellorum verberibus pro meritis castigato & profligato, astutior Chemnitius, vt solent generosi gladiatorum discipuli sapere interdũ, quando Magistri sua sese imprudentia

feri

feriendos non nunquam aduersario præbent, nouos sibi cuniculos fodit, vt inuictam illam D. Basilij sententiam, in qua veritatis arx meritò dicitur sita, nobis de manibus extorqueat. Postquã igitur sese in omnem Prothei modo versasset formam, omnesque ingenij neruos acriter sanè intendisset, ac genera Traditionum, ni fallor, octo sibi parum philosophicè, nedum Theologicè, fabricasset (quæ Catholicæ doctrinę nihil aduersari doctissimus D. Tiletanus iam pridem orbi luculenter iuxtà ac solidè demonstrauit) tandem suis fatigatus enumerandarum Traditionũ generibus, ad D. Basilium redit, quòd cum impio suo molimini inuictum obsistere animus suggerebat manifesta rei veritate superatus. Falsa igitur plurima cùm suis illis 8. Traditionum generibus inspersisset (quæ apud D. Tiletanum legas) scribit posteros à Tertulliani ætate omnes illas Traditiones, quas de Corona militis recenset, simpliciter asseuerasse (inquit folio 400.) Apostolicas: quod à vero abest longissimè, cùm inter eas grauissimum sit dis-

crimen non modò ætatis, sed etiam authoritatis Deinde subtexuit: Et in encomio illarum Traditionum, quarum origo incerta est, sunt aliquando nimium transcendentes apud Patres hyperbolæ, quæ si absque vlla commoda mitigatione nimium vrgeantur, ipsi Fidei nullo modo sunt vel consentaneæ, vel tolerabiles: sicut est locus Basilij de Spiritu sancto ca. 27. Sed vndenam tibi illud certum est Chemniti, quod tanquã concessum tibi sumis? Patres illas Traditiones immodicis exornare hyperbolis, quarum origo est incerta? Sanè non ea fuere dementia, aut incogitantia Viri Sanctiss. iuxta ac prudentissimi, vt quod incertę fuerit originis, Apostolicam appellarent traditionem. Quare flagitiosa in tantos Viros non caret sycophantia, quod stolidissimo, imò Sathanico in ipsos effutisti maledicto. Sicut & illud, Hyberbolas esse nimium transcendentes illa encomia, quæ Traditionibus antiquis asscribunt, quum fidei nõ sunt consentaneæ. Ita vobis Fidei Apostatis quidẽ videtur: sed aliter de ijs Catholica semper iudicauit Christi

Patres calumniatur hyperbolis vsos Chemnitius, quod Traditiones nõ scriptas adeò laudarint.

sti

ſti Eccleſia. Cęterum quo inuicto huic D. Baſilij teſtimonio ſemel omnem detraheret authoritatem, librum totum in dubium reuocare aggreditur, ſed quonam quæſo argumento? Eraſmus hanc, inquit, de Traditionibus diſputationem non ſine cauſa iudicauit ſuppoſitiam. O argumentum graue: quo pij lectores moueantur, niſi leuitas cenſurarum Eraſmicarum, potiſſimum de Theologicis & ſcriptis & rebus, eſſet doctis Viris nota, & tam infami cenſura in Synodo Oecum. Tridētina merito optimo damnata. Porrò huic præclaro Eraſmi ſui præiudicio diſſiſus Chemnitius, ipſas Traditionum ſpecies à D. Baſilio enumeratas temerè aggreditur conuellere: quarum quaſdam recipiendas cōſulit, quaſdam canino arrodit dente, dum ita ſcribit: Sed illud forſan (inquit fol. 402.) Baſilio cum alijs cauſæ eſt, quod antiquas conſuetudines ſine certis documentis referat ad Apoſtolorum Traditiones. Tuam, ô prudentiſſime vir, expectabant tanti viri admonitionem, ne quid incautius peccarent indubitata recipiendo Fidei

Stolida Chemnitij in PP. Orthodoxos cenſura: Ignorantium veteris Eccleſiaſticæ diſciplinæ audes veteribus Patribus Chemnitius ſtolidiſſ. obijcere.

dei dogmata ſine certis documentis? Quis audacem iſtam fingendi quodlibet libidinem contra Ven. Patres æquo ferat animo? Hoc artificio Chemniti, omnia in dubium reuoces, faciaſque ambigua, quæ vllo de dogmate Christiano, aut ſcripturarum obſcurarum interpretatione adferant Orthodoxi, pro ſtabilienda contra venenatas veſtratium hæreſeωn peſtes ſua doctrina Apoſtolica. Certè hic ſeſe ſua conſcientia teſte captum ſentiens Chemnitius, non aliam repperit ſibi rimam, qua elaberetur, niſi tanto viro ignorantiam veteris Eccleſiaſticæ diſciplinæ, audacia Sathanica obijceret. Verum ſentiens ſuū cōmentū abſurdius, quā vt lector in veterū Patrum ſcriptis euoluendis vtcunque verſatus iſtā non execretur in D. Baſilium illum magnū blaſphemiā, nouū calumniandi verba eius aggreditur genus, Quòd eandem dixerit D. Baſilius habere vim vtrumque illud Traditionis genus ad pietatem. Vbi Catoniana grauitate in doctiſſimum iuxta ac ſanctiſſimum virum iſte cenſor triobularius, ac verè pedaneus inſurgens, Hoc in-

Calumnia eiuſdem craſſiß in verba D. Baſilij depulſa.

inquam, cū ipſa fide, ait, manifeſtè pugnat O fortem fidei defenſorem, qui vel ipſos fidei Magiſtros fidem docere non erubeſcit. Baſilius pronunciat eandem (inquit iſte calumniator) habere vim ad pietatem trinam merſionem, & ſignationem crucis, benedictionem aquæ Baptiſmi, illinitionē olei, ſicut ipſum Baptiſmum. Ergò nec Chriſtus ritè baptizatus erit, nec Apoſtoli quemlibet in Actis rectè baptizarunt. Vide obſecro Lector candide, quo abſurditatis, ne amentiæ dicam, iſtum nugatorem furioſa ſua calumniandi rabies præcipitat. Quod vir ſanctiſſ. de paritate authoritatis, ac ſimilitudine origenis Traditionum Eccleſiaſticarum cum ſcripturis dixit, ipſe ad parem ſalutis efficaciam improba ſtropha ſycophanticè detorquet. Nam de ſimilitudine authoritatis agebatur inter Baſilium & Eunomium, qui nolebat formulas inuocationis ſancti Spiritus Chriſtianis familiares admittere, quod in ſcripturis non legerentur. Huic axiomati impietatis ſeminario à Lutheranis renato, D. Baſili⁹ reſiſtit, atque liquidis euincit exemplis,

Quod Baſilius dixit de ſimilitudine authoritatis ad credendū, Chemnitius Sycophāticè cauillatur, dictum de ſimilitudine ſalutis operandæ efficacia.

 plura

plura nos ab Apoſtolis ſola Traditione non ſcripta accepiſſe, quæ paris momē-ti ſunt ad doctrinam Chriſtianam ſtabiliendam, Eò enim pertinet, quod Eccleſia docet baptizandos, cruce Chriſti ſignandos, & S. Chriſmate inungendos, ſiue vt nunc expreſſius loquimur, confirmandos. Falſum eſt ergò, quod nugas cumulandò attexuit inſulſus homo: Vniuerſalis igitur illa, Baſilij hyperbole de Traditionibus non ſcriptis, quod eandem habeant ad pietatē vim, ſicut illa quæ in ſcriptura inſtituta & mandata ſunt, nullo modo poteſt conſiſtere, vel defendi. Poteſt cōſiſtere Chēniti, poteſt, inquam, conſiſtere ac defendi, modo ſanum ſapias, & ſcopum ſententiæ Baſilianæ accuratò ſtudio expendere ne graueris, quod ſcilicet, vim iſta non ſcripta Fidei dogmata habeant apud Chriſtianos cum ſcripturis parem, hoc eſt, non minorem Fidei authoritatem, quam ſi eſſent ſcripturis expreſſa, ſicuti Sacramenta quædam ſcripto contenta: cum ex eodem omnia fluxerint diuinæ authoritatis fonte, nimirum viua illa diuinorum Apoſtolorum do-

ctrina Christiano populo ab initio tradita.

CAP: VI: *De illa Fidei definitione apud Basilium pro non scriptis traditionibus.*


PRoinde causa non fuit Chemniti, cur nobis insultares, quod etiam manifestis D. Basilij testimonijs nixi, Traditiones non scriptas propugnauimus, quemadmodum & fidei confessione ostendit, vbi nulla fit mentio, quam eorum, quæ sunt, nobis prædicata, siue annunciata. Mirũ verò, inquis fol. 302. quàm exultet Lindanus, quod in illa definitione Fidei, nulla fiat scripturæ mentio, sed mox tertio versu Basilius subiungit hanc sententiam: Si fidelis est Dominus in omnibus sermonibus suis, manifesta est elapsio à fide, & superbiæ crimen, aut reprobare quid ex his, quæ scripta sunt, aut superinducere, quid ex non scriptis.

Peregrina & quæ à sanctis nõ sunt tradita superinducere est crimen Apostasiæ Basilio qualia Eunomiani & Arrhiani moliebantur Ecclesiæ obtrudere.

Certè manifesta est à fide elapsio, τῆς πίστεως ἔκπτωσις fidei luxatio & superbiæ crimen, superinducere quiddam ex nõ scriptis: quale tunc Eunomius moliebatur, nouis vocibus nouam & peregrinam conatus inuehere doctrinam. Quemadmodum paulò antè D. Basilius declarat, cum dixisset, quæ ad dictionis

nis peregrinitatem pertinent, ac sententiam nobis peregrinam inducunt, & quæ non reperiuntur à Sanctis vsurpata, ea vt peregrina & aliena à pia fide sese auersari. Rursus paulò post: Omnē itaque alienam à doctrina Domini vocem & sententiam, sicuti nos semper, & nunc vitare statuimus. Vnde liquet ea D. Basilium non scripta auersari, quę à pia fide atque Domini doctrina sunt aliena, & quæ à Sanctis non reperiuntur tradita, aut vsurpata, quod eodem recidit cum Traditione dogmatum nō scripta, contra quam noluit Eunomiū aliquid innouare: sed ea fide ac fideicōfessione, etiam in scripturis non expressa, Spiritum sanctum colere atque inuocare, qua vbique Catholica Christi Ecclesia, tunc ex maiorum moribus inuocabat.

CAP. VII. D. Augustini loca.


D stabiliendum firmius istud Christianæ doctrinæ caput, varia D. August. loca lib. 2. Panopliæ ca. 1. allegauimus, quibus eius veritatem, cùm luce clarius euicissemus, callidus Antagonista Chemnitius ijs dissimulatis, quædam eiusdem clarissimi

mi ſcriptoris loca, minus imperito lectori perſpicua, ordine nullo, niſi Cyclopico & rapſodijs perturbato depromit, quibus clariſſimam illam & omnibus indubitatam D. Auguſtini ſententiam (modò cum iudicio ac mente illũ legant) offuſis, quaſi nebulis conatur obſcurare: Si quis ſiue de Chriſto (inquit fol. 144. ex Auguſt. contra literas Petiliani lib.3.ca.6.) ſiue de eius Eccleſia, ſiue de quacumque alia re, quæ pertinet ad fidem, vitamq́ue noſtrã, nõ dicam ſi nos, ſed quod Paulus adiecit, ſi Angelus de cœlo vobis annunciauerit, præterquàm quod in ſcripturis legalibus, & Euangelicis accepiſtis, Anathema ſit. Arrigat ad hunc locũ aures Lindanus, qui contendit non eſſe Anathema, qui præter ea quæ ſcripta ſunt Euãgelizat, eo quod plura ſint tradita, quã ſcripta. Quod me nominatim hic voluit petulanti ore, ſcurriliq́ue cachinno laceſcere Chemnitius, ſua dignum facit laſciuia, & improba conuitiandi Catholicis ſcriptoribus libidine. At quid cauſſæ eſt, obſecro Chemniti, cur nam aures hic arrigam? An nunquam iſtud tu-

um iaculum nos audijsse, aut sensisse existimas? Cogitandum tibi fuit nos vno ictu non posse tam facilè à confirmata tot apertissimis eiusdem Diui Augustini dictis sententia dimoueri, quæ te potius Chemniti, ad arrigendas istas Asininis obtusiores, ne dicam Iudaicis obduratiores, aures admoneant, nisi surda aure omnia tibi aduersa statuisses cæca peruicacia percitus, transire.

D. August. diserte docet dogmata Ecclesiæ non scripta esse certa fide asserenda & obtinenda.

Cùm enim tam disertè doceat illud Fidei Christianæ dogma de hæreticis non rebaptizandis, de quo etsi Apostoli, inquit libro 5. contra Donat. capite 23. nihil præceperunt, nec apertè, aut euidenter de eo nihil in scriptura legitur: tamen hoc esse nobis asserendum & sequendum, quia vniuersæ Ecclesiæ concordissima authoritate firmatum est. Quid loca quædam contra hostes Ecclesiæ Donatistas peculiariter dicta, in ipsum D. Augnstinum improba retorquere fraudulentia studes? Sic & Ianuario scribit: Illa autem quæ non scripta, sed tradita custodimus, quę quidem toto terrarum orbe obseruantur, dantur intelligi vel ab ipsis Apostolis,

vel

vel plenarijs Concilijs (quorum est in Ecclesia saluberrima authoritas) commendata, atque statuta retineri, sicuti quod Domini Passio, & resurrectio & Ascensio in cœlum, & Aduĕtus de cœlo Spiritus sancti, anniuersaria solennitate celebrātur. Et si quid aliud tale occurrerit, quòd seruatur ab vniuersa, quacunq; sę diffundit, Ecclesia. In eandē sentētiā de puerorū Baptismo apertissimè docet: Nullus dixerit paruulos (inquit lib. 4. cōtra Donat. ca. 23. & 24.) qui nondū possunt corde credere ad iustitiā, & ore confiteri ad salutē, inaniter baptizari. Et si quispiā in hac re authoritatem diuinam quærat (quanquam quod vniuersa tenet Ecclesia, nec Concilijs institutum, sed semper retentum est, nō nisi authoritate Apostolica traditum rectissimè creditur) tamen veraciter cōijcere possumus, quid valeat in paruulis Baptismus, ex circuncisione carnis. Ex his vera D. Augustini sententia iam fiet perspicua. Scribit quidē contra Donatistas, illū habēdū Anathema, qui annūciarit pterq̃ in scripturis legalibus, aut Apostolicis accepim⁹. Si voculā

(præter)

ter) vrgeas, vt nullam admittat exceptionem, siue exclusionem, qui Augustinum ipsum, Chemniti, ab isto tuo anathemate excludas? Atqui nihil dicatur absurdius, quàm Augustinum tam manifestè dogmata plurima, & ea non leuis momenti præter, siue extra Scripturas suscipientem esse Anathema. Est ergò istud (præter) cōgruo accipiendum nō exclusionis, sed diuersitatis, immò contrarietatis sensu, siue quod scripturis illis legalibus, aut Apostolicis est aduersarium. Nam ad illam suam ἑτεροδιδασκαλίαν, & diuersam siue peregrinam doctrinam D. Paulum respexisse, ipsa res demonstrat, & Orthodoxorum Patrū Commentarij nobis suffragantur. Sic enim habet D. Ambrosius in hæc verba Nemo miretur Apostolum (inquit) qui feritatem morum mansuetabat, sic esse commotum. Pro Galatarum enim salute indignatur aduersus inimicos disciplinæ Christianæ. Indignatio enim hæc ostendit non leue peccatum esse post acceptam fidem conuerti ad legē. Nam tam firmum, atque verum Euangelium, quod eis prædicauerat, asserit,

Illa D. Pauli vox, præter quàm accepistis. an excludat omnia, quæ non sunt in scripturis expressa,

vt

vt etiam seipsos, id est, Apostolos, si im mutati fortè aliter prædicarent, non audiri doceret: quorum vtique fama, quod essent Apostoli Christi, peragrauerat omnem locum. Aut si fortè diabolus Angelum Dei se fingens, vt facilè possit audiri, de cœlis appareret, contra hæc prædicans, sciretur esse contrariũ, & abominatio haberetur. Si ergò Apostolos Christi, quorum tam præclara opinio insignis, & prodigijs erat faciendis, & Angelum de cœlo, quem possit spiritalis ratio commendare, aliter docentes, quam ab Apostolo Paulo edocti erant, anathematizari præcepit: quantò magis, quos nullum testimonium ad seducendum potest commendare? Ideo autem irerat contestationem, vt confirmet eos in prima traditione. Iterata enim lex solicitiores reddit negligentes. Suffragatur & D. Theodoretus: Hoc relicto Euangelio (inquit) aliud non inuenietis. Non. n. alia per nos, alia verò per alios Apostolos prædicat Dominus: sed idem prædicamus oẽs, qui sumus amatores veritatis: qui autẽ contraria sentiunt, nihil vobis diuinũ

tra-

Aliud est euangelizare præterquàm, aliud plus quàm accepistis.

tradunt, sed diuina conãtur corrũpere. Huc facit quod alibi D. August. præclarè annotatũ reliquid, aliud esse euãgelizare prẹterquã, aliud plusquã accepistis Admonitio Apostoli (inquit Tract. 98. in Iohan. de cordib⁹ vestris nõ recedat: Si quis euãgelizauerit, præterquã quod accepistis Anathema sit: non ait plusquàm accepistis, sed præterquàm. Nam si illud diceret, sibi ipsi præiudicaret, qui cupiebat venire ad Thessalonicen, vt suppleret quæ illorum Fidei defuerunt. Sed qui supplet, quod minus erat, addit, non quod inerat, tollit. Qui aũt prætergreditur regulam Fidei, non accedit, siue progreditur in viã: sed potius recedit de via. Hanc enim contrarietatis potius, quàm additionis vim illa Paulina vox παρὰ hoc Galatarum loco, si quis accuratius cogitet, habere videtur, vt magis contrarietatem sonet quã additionem, siue omnem diuersitatem sicuti & in quibusdam alijs Græcorum compositis verbis magis liquet παραπεινδεῖν pacta transgredi, fœdus violare, cõtra pacta agere. Sic παράνομος iniquus & legi contrarius, rebellis, & aduersarius:

παρα-

παρανοία insania & dementia, Sic & Latinis interdum vox, præter, contrarietatem sonat, vt legem prętergredi, est violare, aduersari, & contrarium designare, quàm illa iubet, aut imperat. Huc D. Augustinus respexit, cum dicit. Qui prætergreditur legem Fidei, non accedit siue progreditur: sed potius recedit de via. Sic apud Comicum, præter ciuium mores atque legem. Et Cicero, præter opinionem accidere. Hinc obscuriorem locum D. Paulus apertiore ad Romanos illustrat sub finem Epistolę, vbi hortatur, vt summa vigilantia obseruent ac speculentur eos, qui dissensiones διχοστασίας, dissidia, & scandula faciunt præter doctrinam, siue potius contra doctrinam (vt & Erasmus expressit) quam ab Apostolo Petro ante decennium accepissent. Tot enim circiter annis audierant. D. Petrum cum D. Marco & socijs Romani, antequam D. Paulus auream hanc ipsis scriberet epistolã sicuti ostendimus in Tabula prædicati Euangelij & serie tempòrum Apostolicorum, scriptarumq; à D D. Apostolicis Epistolarum.

Illa

Illa igitur D. Augustinus hoc aduersus Petilianum loco sensit exclusa, quę sacrilegi Donatistæ scripturam ab Ecclesia concorditer cum Catholicis suscipientes, & plurimas Traditiones nõ scriptas pariter obtinentes, iactabant de vera Christi Ecclesia non totó terrarum orbe, sed solo quodã Africæ angulo salua. Istiusmodi enim nouæ doctrinæ Schismaticorum Donatistarum dogmata, de vero Dei populo tantum in Africa colligendo, de cõgreganda Christi ab Africo Ecclesia, & quæ ad suum scelerati ssimum schisma constabiliendum apud leuem popellum iactitabant voluit D. August. exclusa, contra quæ ipsi pugna erat ineunda. Rectè namque suo Antagonistæ arguto non minus, quam diserto Petiliano certam præscribit gerendæ monomachiæ legem, ne de hac quæstione tam manifestè atque certò in sacris scripturis definita, vbinam esset vera & Catholica Christi Ecclesia, alijs vtatur armis, quam quæ ex solidis, ac liquidis verbi Dei testimonijs peti queant. Hoc alibi clarius exponit, ex quibus vnum aut alterum locũ depro-

promere suffecerit. Non audiamus (inquit lib. de Vnitate Eccle. ca. 2.) hæc dico, hæc dicis: sed hæc dicit Dominus: Sunt certè libri dominici, quorum authoritati vtrique consentimus, vtriq; credimus: ibi quæramus Ecclesiam, ibi discutiamus caussam nostram. Item, auferātur de medio, quæ aduersus nos inuicem, nōn ex diuinis Canonicis libris, sed aliunde recitamus. Quęrat fortasse aliquis, cur vis ista auferri de medio? Quia nolo humanis documentis, sed diuinis oraculis Ecclesiam sanctam demonstrari. Item quicquid attulerint & vndecunque recitauerint, audiamus potius, si oues eius sumus, vocem Pastoris nostri. Ergò in scripturis sanctis Canonicis Ecclesiam requiramus.

Cur in causâ Donatistarū D. August. solas vrgeat SS scripturas cum alibi ad nonscriptas Traditiones soleat confugere.

Quæ D. Augustini verba locis similibus hac in palestra contra Donatistas habita, si quis pensiculatè conferre, studioque accurato expensa considerare non grauetur, agnoscet D. Augustinū tam seriò sacras scripturas hac in re vrgere, quòd aduersarij Donatistæ multa in hanc caussam immiscerent, quæ personarum Ecclesiasticarum vitia, aut ordi-

ordinationes non Canonicas, aut nefarias mortis metu ſacrorum librorum ad flammas & aram Idolatricam Traditiones concernerent. Itaque conſultò D. Auguſt, vbique hac in grauiſſima de loco Eccleſiæ Chriſti Catholicæ controuerſia, ea omnia vult excluſa, quæ ex S. ſcripturis non poſſent demonſtrari: nempe an Cecilianus à Traditoribus, ſiue qui ſacros libros in perſequutione Diocletiana ad aram Iouis exurendos Romanis lictoribus metu mortis imminentis tradidiſſent, aut thura Ioui & Cœleſti (quam Carthaginenſes ſuam Deam fortunam appellabant) immolaſſent, fuiſſet ordinatus & Archiepiſcopus Carthaginen. conſecratus? In huius quæſtionis confirmatione cùm perpetuò verſarentur Donatiſtæ, ac in primis diſertulus iſte Petilianus, vt ſua fouerent pernicioſa Dei populo diſſidia, & exitioſa ſacrilegæ diuiſionis ſchiſmata, prudenter D. Auguſt. non vult in capitali illa quæſtione tam liquidò in Canonicis ſcripturis definita, vbinam quærenda ſit vera Chriſti Eccleſia, alia adferri in vtramque partem ab vtroque

Ioui & Cœleſti ſiue Fortunæ Chriſtiani Africo gebantur immolare, librosque ſacros rogo inijcere.

Hypotheſin callidè transfert Chemnitius ad theſin: cùm aliter ſint nobis refutandi ſchiſmatici aliter Hæretici Illi enim plurimas obtinebant non ſcriptas Eccleſiæ Traditiones.

An-

Antagonista siue argumenta, siue testimonia, quam ex legalibus aut Apostolicis scripturis.

Porrò ne quis hac de re supersit scrupulus, præclaram illam D. Augustini vocem audiamus, quā aurea homilia, cui de Pastoribus titulum fecit, nobis in hunc vsque diem saluberrimè intonat: Quærit infirmus (inquit) Ecclesiam, quærit errans Ecclesiam: Tu quid dicis? Partis Donati est Ecclesia. Et vocem Pastoris inquiro, lege hoc mihi de Propheta, lege mihi de Psalmo, recita de lege, recita de Euangelio, recita de Apostolo. Inde ego recito Ecclesiam toto orbe diffusam, & Dominum dicentem: Quæ sunt oues meæ, vocem meam audiunt, & sequuntur me. Quæ est vox Pastoris? Et prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ad Hierusalem. Eccè vox Pastoris, agnosce eam, & sequere si ouis es. Sed illi codices tradiderunt, & illi thus Idolis posuerūt, ille & ille. Quid ad me de illo, & de illo? Si fecerūt, nō sūt Pastores. Tu vocē Pastoris edicito, quia nec de

illis vocem Paſtoris annuncias. Tu accuſas, non Euangelium, tu accuſas non Propheta, non Apoſtolus, de quo mihi vox iſta loquitur, de illo credo, alijs nō credo. Sed acta proferes. Acta profero. Credamus tuis, crede & tu meis. Non credo tuis, noli credere meis. Auferantur chartæ humanæ, ſonent voces diuinæ. Ede mihi vnam ſcripturæ vocem pro parte Donati. Audi innumerabiles pro orbe terrarum. hæc eo loco. Vbi igitur D. Auguſtinus ſolas ſibi vult ſcripturas opponi, de hac tantum hypotheſi tam liquidò in ſcripturis expreſſa agit, de qua cum Schiſmaticis Donatiſtis nunc diſputat, vbinam ſit Catholica Chriſti Eccleſia, An toto terrarum orbe, an ſolum in Africa? Cæterum generaliter de Fidei Chriſtianæ dogmatibus, aut certo aliquo de doctrinæ capite obſcuriore differens, diſertè ad illa ſtatuenda etiam non ſcriptas adfert varijs in locis Traditiones potiſſimum de paruulorum Baptiſmo, de rebaptizandis hæreticis, de oratione pro defunctis, de Sacramento Chriſmatis ſiue Confirmationis. Quum igitur alicubi ait

Aliud eſt cū ſchiſmaticis agere, aliud cum hæreticis: quia illi multas Traditiones non ſcriptas communiter obtinebant,

eos

eos anathema habendos, qui pręterquã quod in scripturis Aposto aut Propheticis legitur, annunciant, oẽs illos vult anathemate damnandos, aut anathema habendos, qui diuersum, aut contrariũ annunciauerint, quàm Christiani ab Apostolis in scripturis legalibus aut Apostolicis acceperũt, sicuti superi⁹ fusè satis explicatum est. Huic autem sententiæ, nõ repugnare illa dogmata liquet, quæ Catholica Christi Ecclesia sese constanter & perpetuo totius orbis consensu profitetur ab Apostolis accepisse, quę originem ex ipsis quoque literis Apostolicis habent: cùm Apostoli monuerint ea obseruanda omnia, quæ ab ipsis vtroque modo & per sermonem, & per literas acceperunt. Ea namque ab ipso Dei Spiritu Apostolorum ore populo Dei annunciata non sunt, præter quam siue παρὰ contra quàm, vti PP. orthodoxi exponũt, acceperũt ab initio Christiani, sed pars vna sunt, nec ea postrema, Euãgelij Christiani ab exordio per Apostolos Ecclesijs annunciati.

QVod Patres doctiss. Concilio Tridentino congregati considerãtes, CAP. VIII.

rectè & verbo Dei prorſus congruenter atque conſentaneè ſtatuerunt, recipiendas pijs Chriſtianæ Eccleſiæ filijs vniuerſas vtriuſque Teſtamenti ſcripturas, nec non Traditiones, ipſas tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam oretenus à Chriſto, vel à Spiritu ſancto dictatas, & continua ſucceſſione in Eccleſia Catholica conſeruatas. Quę verba qui candore Chriſtianis viris digno, & animo ab omni calumnia alieno accuratè non grauabitur perpendere, mirabitur, ſcio, malignum iſtud atque ſibi ſalutem inuidens Chemnitij ingenium, quod tam manifeſtam Concilij Tridentini declarationem in calumniam adeò nefariam rapere non erubeſcat, Conciliū Tridentininum (inquit folio 329.) ideò Confeſſionem Symboli ſeiunxit à Traditionibus, vt ſciremus, ipſos non potiſſimum contendere de veris, certis, & antiquis illis Apoſtolorum & Eccleſiæ Traditionibus: ſed de alijs rebus, quas pro ſtabiliendo regno Pontificio ſub titulo & prætextu Apoſtolicarum Traditionum nobis obtrudunt. Quis homo erudit⁹ candorē, imò


Calumnia verè Sathanica Chēnitij in Conciliū Trident. refutatur

çere-

cerebri ſanitatem in iſto Theomacho Chemnitio hic nõ deſideret? Quis non agnoſcat ſycophãticã eſſe iſtã Patrũ Trident. repræhẽſionẽ, cur Symbolũ Apoſtolicũ à Traditionibus ſeiũxerint? Qui verba 3. Seſſionis perlegere dignabitur, merã videbit eſſe Chẽnitio, Cyclopico iſto cenſore, imò Sathana mendaciorũ magiſtro dignã calumniã. Exemplum namque Patrum ſemper laudatiſſimũ imitantibus erat actionũ Synodicarũ fundamentum iaciendum Apoſtolicũ Symbolum quod vniuerſi, qui ſibi nomen Chriſtiani hominis cupiunt ſaluum, indubitanter recipiunt. Sicuti ergò in alijs Maioribus Concilijs Orthodoxi ſemper illud ceu fundamentum Fidei præſtruxerunt, alia illi addentes ſuæ Fidei, atque doctrinæ capita, variè impijs ab hæreticis in dubium reuocata: Ita & Ven. iſti Patres Trident. conſultò, planeque neceſſariò ſibi faciendum putarunt. Iam illud quàm eſt à verò alienum, Chemniti, imò quã putidũ, quã furioſum, ipſos non potiſſimum cõntendere de veris, certis, & antiquis illis Apoſtolorum & Eccleſiæ Traditionibus?

bus? Atque non de alijs, mihi crede, Chẽniti, non de alijs, inquam, nobis certamen est. Quod si me tibi demonstrare animo patiaris mãsueto, & friuole rixę, ac sophisticæ contentionis exoso, equidem spondeo me tibi, aut saltem æquis & candidis harum rerum arbitris persuasurum. Sed quonam, inquias, syllogismo? non alio, quam aperta, manifesta, & liquida ipsius Concilij Trident. verba disertè habent. Ecquid illa, inquias, docẽt tam disertè, tam perspicuè? Esse pijs omnibus suscipiendas non modò scripturas diuinas, sed & Traditiones tanquam vel ore tenus à Christo, vel à Spiritu S. dictatas, & continua successione in Ecclesia Catholica conseruatas. Hæc paucula verba Chemniti, si mecũ placido animo, & rixandi, siue furiosè potius contendendi studio deposito, expẽdere sustineas, indubia inter nos pax coëat Christianis pectoribus digna. Clamas tu quidem superba, & arroganti adeò isthac oratione, Patres Trident. nõ potiss. contendere de veris, certis & antiquis illis Apostolorum & Ecclesiæ Traditionibus. An de vllis alijs? sanè de alijs

alijs nullis. Sed vnde mihi istud probaueris? non aliunde, quàm perspicuis ipsis Concilij Tridentini verbis. Aiunt enim illas suscipiendas cum scripturis verbi Dei Traditiones, quæ vel ad fidem vel mores pertinẽtes, tanquam vel ore tenus à Christo, vel à Spiritu sancto sunt profectæ.


Gnoscis igitur Chemniti, quos CAP. IX. nam faciamus Traditionum, de quibus tanto furore contẽdis, authores, nimirum veritatis fontem Christum Iesum, & Sanctum eius Spiritum, Christianæ Ecclesiæ promissum Doctorem, & in omnem veritatem ductorem. De ijs ergo agendum potissimũ statuit Concil. Tridentinum: immò de alijs nullis. Ac ne quis hic fortè fallatur incautius, addunt Patres Tridentini, à quonam sit petendum illarum Traditionum testimonium, eas esse diuinitus à Christo vel à Spiritu sancto enatas dum liquidis verbis declarat: Et continua, inquiens, successione in Ecclesia Catholica conseruatas. Nisi ergò demonstrarit Ecclesia esse eas Traditiones Apostolicas, pro quibus Concilium

Trident contra vos, immò contra tot infesta pestilẽtissima rũ hæreseωn prodigia putauit pugnandum, non est ei adhibenda fides. Cui si voles habere fidẽ, iam deposita omnis contentionis libidine, mansuetus ei colla Christo hactenus contumaciter ac temerè prorsus reluctantia submittes, ac re ipsa pręstabis, quæ paulò ante magnificis verbis pollicebaris. Descripsi hæc Symbola (inquis fol. 329.) vt ostenderem nos non reprobare, quas certò constat veras & antiquas esse Apostolorum Traditiones. Hic te per Christum Iesum nostri causa Crucifixũ obtestor mi Chemniti frater, vt hæc paulò accuratiùs placido & mãsueto animo consideremus. Dicis te non reprobare Traditiones, quas certò constat veras & antiquas esse Apostolorum. An nos bona fide, obsecro, alias putas suscipere? Certè non alias. Atqui vos incertas (inquias) suscipitis. Immò non nisi certò Apostolicas. Sed cuius, inquies, testimonio? nos istud negam⁹, vos affirmatis. An alium hic requiras testem & iudicem, quàm ipsam Catholicam Christi Iesu Ecclesiam, per Apostoli-

Suis illaqueatus capitur verbis Chẽnitius.

ſtolos orbe toto concordi cœleſtis Euã gelij doctrina fundatam, eruditã, inſtitutam? Qua igitur certitudine tu nobis concorditer quatuor contra hæreticos Seuerianos & Ebionitas recipis Euangelia, cum Epiſtolis Apoſtolicis: eadem nos Catholici contra vos & reliquos Euangelij Chriſtiani deſertores, cętera illa dogmata, quæ ad fidem & mores, ſiue ritus ſacrorum, & ceremonias Religionis Chriſtianæ pertinent, ſuſcipimus, colimus, & obtinemus. Hic vos refragamini, ſed quàm rectè, quàm meritò, quàm prudenter, candido Lectori equidem iudicium libenter permiſero. Tu ſola Eccleſiæ noſtræ Catholicæ authoritate nixus, 4. ſuſcipis ſerioq; defendis contra Seuerianos & Svvenckfeldianos, alioſue nouos Euangeliomachos diuina & cœleſtia Euangelia: eadẽ & nos illa ipſa reuerentia ſuſcipimus. Poſtqnam igitur nobis vtriſque illa diuino intus aſpirante atque illuminante auxilio, perſuaſit ſe nobis verum & germanum Dei verbum in ſcripturis Cano. vtrinque reuerenter ſuſceptis propoſuiſſe, affirmat ſeſe à

Christo suo sponso Apostolis internũcijs certa quædam suæ Fidei Euangelicę deposita vnà cum illis accepisse, quæ ad fidem, siue ad ritus Christianos non leuiter faciant, Baptizandos esse salutari Christi Domini signo S. Crucis consignandos, S. Chrismate in fronte vngendos, Dominicam diem loco Sabbathi colendam, orandum & sacrificandum pro mortuis fratribus hinc ad Dominũ præcurrentibus, Christum Dominum verè ac substantialiter in S. Eucharistia præsentem pio cultu adorandum. Hæc ipsa incunctanter asserit sese ab ijsdem Christi Apostolis Fidei suæ Euangelicę Magistris certissimò accepisse, ita semper se audijsse, didicisse, docuisse, ita semper toto concorditer orbe Christiano vno ore, verbisque eisdem sensisse, ita semper apud omnes vbique Christianos omnium sęculorum hactenus constanter & immutabiliter credidisse, fecisse, tenuisse. Qui hac in parte suæ doctrinæ secunda Ecclesiæ Christi Catholicæ, sicuti & in prima, fidem habeo, Chemniti, egone stolidus & temerarius: an tu potius, qui fidem nolis & hic com-

commodare, audax, ſtolidus, cõtumax, inſanus, furioſus? Cur enim minus hic illi fidem habeam, quàm illic, nulla eſt ratio. Tantundem enim vtraque in re cauſæ eſt, cur ei credam, quia in Symbolo profiteor Fidei Chriſtianæ Magiſtrã, eſſe vnam illam Apoſtolicam & Catholicam Chriſti Eccleſiam. Quare vt ſecurus in eius doctrina fallere neſcia, de hoc potius Matthęi, quam illo Matthię, Pauli, Thomæ aut Bartholomæi Euangelio aſſentior, indubiuſque acquieſco Ita in cæteris quoque dogmatibus, quæ tanquam ex Traditione certò Apoſtolica ſuis proponit filijs diſcenda, & tanquam Fidei Chriſtianæ capita ſuſcipienda, obtinenda, & propaganda ſiue propugnanda. An me hic, Chemniti, merito cuipesſtultum, ſtolidum, credulum, & corde leuem? Certè ſi me audis, eadẽ me mouet Eccleſiæ authoritas in his antiquiſſimarum Traditionum capitibus reuerenter ſuſcipiendis, quæ D. Auguſtinum in ſuſcipiendis Canonicarum Scripturarum, & Euangeliorum ſine vllo manifeſto ſcripturarum teſtimonio codicibus. Quod luce tibi meridiana

na

na fiat illustrius, si cogites D. Augustinum illud Manichæis Euangelia nostra hæc 4. exagitantibus, atque nouum quoddam sui magistri Manicheo Hæresiarchæ Titulo D. Thomæ Apostoli ob trudẽtibus respõdisse, quod nunc vobis cogit nos eadem causa respondere: Euã gelio nõ crederem, nisi me authoritas Ecclesiæ commoueret. Si istud ergò per suasum habeas Chemniti (quod rei veritas habet) Catholicos scriptores, & Patres illos inprimis Tridentinos, non de alijs laborare, aut pugnare Traditionibus, quàm quæ certò afferuntur ab Ecclesia illa Christi Catholica, idque per continuam ab ipso vsque sui exordio successionem (quod ipsa Conciliorum verba, disertius sonant, quàm vt citra insaniæ notam dubitare queas) vanitatis te argues ipse, illos pugnare de alijs rebus, quas pro stabiliendo regno Pontificio sub prætextu Apostolicarum Traditionum vobis obtrudunt. An non vanissimum est Venerandos Concilij Trident. Patres pro alijs rebus pugnare? An non clarissimis verbis declarunt se illas tantum recipere

Tra-

Traditiones, quas ore tenus à Christo, & Spiritu sancto Catholica & suscepit & custodiuit perpetuò Ecclesia? Posset res hæc tota, quę grauissimam habet controuersiam inuolutam, vnde certa Ecclesiarum pax pendet, veraque domus Dei concordia, finiri: omnes etiã contentionum funes abscindi, si tam liquidis Concilij Oecumenici verbis fides haberetur. Sed quid persuadeas istis malignis ingenijs, quæ & pacem oderunt, & consilia pacis Christianæ adeò non admittunt, vt noua semper suggerant, immò confingãt Sathanicæ rixarum flammæ incendia? Contra tam manifestam Oecumenici Concilij Trident. vocem, qua suas declarat Traditiones non scriptas pijas reuerenter suscipiendas, audet Chemnitius obstrepere, ac suo cæco raptus animi præcipitis præiudicio, ne Vatiniano dicam odio, euomere, Catholicos sua de Traditionibus disputatione hoc agere (inquit fol. 257.) vt abusus, qui præter & contra scripturæ regulã in Ecclesiam irrepserunt, si modò latè pateant, & temporis aliqua præscriptione sint confirmati,

titu-

titulnm habeant non tantum Ecclesiasticæ consuetudinis, sed quod plus est, Apostolicarum Traditionum. An ista sobrius satis effutierit Chemnitius, viderint æqui Iudices, qui verba Concil. Trident. quæ Chemnitius examinanda sibi suo pro imperioso fastu suscepit, modo meminerint. Sed tales Traditiones (inquit) Scriptores Catholici tuentur. Absit ista insania. Si quis istud moliretur, mox hereticus notaretur, quod dogmata præter, immò contra scripturarum regulam (vti fingit Chẽnitius) in Ecclesiam inuecta tueretur. Prima hic igitur mendacij est nota, secundam illud explet, quod tales Traditiones, ait, contra scripturam inuectas, titulũ habere doceant Traditionum Apostolicarum. Vnum si protuleris Chemniti, viceris.

CAP. X *Sathanica Chemnitij conuitia in Decretum Tridentinũ de duobus doctrinæ Christianæ fontibus, scri*

CONsiderato diligentius hoc Apostolicarũ Traditionum fonte, agnouit Chemnitius omnes suorum nouorum dogmatum, pestes vno verbo profligari, funditusque euerti, sicuti reuera vniuersæ semper inferorum portæ siue hæreses contra Catholicã

cam Christi Ecclesiam opera diaboli insurgentes hoc vnico Spiritus sancti gladio, Ecclesiastica traditione, fuere ab initio vsque iugulatæ, euersæ, abolitæ. Quare decretum illud quod saluberrimi pharmaci, atq; certissimi Apostolicę veritatis, doctrinęq; Euãgelicę, adeoque omnis cõcordię fontis loco Tridẽt. Cõcil. de duobus fidei Christianę capitib⁹ scriptura diuina, & Traditione Apostolica, Christianis semper & continuò seruata cõstituit, diris aggreditur repugnare, immò cõsputare cõuitijs, & Sathanicis vexare lœdorijs, blasphemisq; denigrare maledictis. Cùm ipsorum Apostolorum tẽpore (inquit fol. 178.) & posteà tempore primitiuæ Ecclesiæ sanæ doctrinæ, & syncerææ fidei Apostolorum semper periculum fuerit, structis insidijs ex prætextu de titulo Traditionum non scriptarum; prudens lector facilè æstimare potest, qualis sit Pãdoræ pixis omnis calamitatis in Ecclesia. Quòd Tridentinum Concilium statuit, Traditiones non scriptas, tam ad dogmata, quàm ad mores, pari pietatis affectu, & reuerentia suscipien-

Scriptura Diuina & traditione Apostolica refelluntur.

das, & venerandas esse, sicut ipsam scripturam, Pandoræ illius poëticæ atque fabulosæ meretriculæ pixidē, omnisq; calamitatis fontem audet ore sacrilego impius appellare saluberrimum hoc Concilij Trident. decretū: sicuti & fol. 471. pias Catholicorū scriptorū disputationes de traditionibus nos rectiùs (inquit) possum' vocare nō epitomē, sed pādectas errorū & superstitionū. Encomiū illud præclarū, quod D. Athanasi' epist. ad Epictetū Corinth. Episcopum Oecumenicæ Nicenæ synodo tribuit, habendam esse illam omniū hæreseωn profligatarum trophæum, si vlli alteri asscribi queat, meritò & Tridentinæ tribuatur: quòd nullo vnquàm tempore Annales testantur plures vno ab hæresiarcha ortas, siue potius renouatas fuisse, quàm per miserū illum perditionis filium Lutherum, atque infœlices eius discipulos, hæreses: quas sua in origine Patres nunc liquido sustulerunt, ac verè in herba, quod dici solet, suffocarūt. Re igitur ipsa Conciliū Tridentinum est diuinitus huic sæculo erectū contra omnes diaboli hæreses, tam veteres,

Concilium Tridentinū est contra omnes hæreses trophæum diuinitus erectum.

teres, quàm nouas trophæum, quo De⁹ Opt. electis suis filijs in posterum consulere voluit, ne vlla recti specie à vero Christi filij sui Euangelio seducerentur. Quia vniuersale igitur synod⁹ Trident. continet morborũ (quibus mẽtes quorundam instabiles, omniq; doctrinæ vento motoriæ possunt à vero deturbari) pharmacum, hinc inuidus ille salutis humanæ hostis diabolus suos in illã exasperat satellites, vt conuiciãdo, detrahẽdo, obstrepẽdo, & maledicẽdo infamẽt, quod solidis argumẽtis neque ant suo à statu dimouere, nedũ labefactare, cõcutere aut euertere, Per varia sua organa, istos infœlices nouorũ dogmatum authores, & propugnatores, Sathanas conabatur Concilium Trident. conuellere, exagitare, vexare: sed nullũ in scenam suam produxit blasphemum magis, aut maledicentiorem isto misero suo mancipio Chemnitio. Qui Cõcilio Niceno aduersabãtur Arrhiani, Patres illos tanquàm imperitos, simplices viros, & indoctos infamabãt, vti alibi ostendimus: sed iste nõ solùm nomine Tridentinos P P. vnà cum vete-

ribus Scriptoribus propò omnibus traducit: sed saluberrimum illud etiam omnium huius seculi perturbatissimi venenorum alexipharmacum appellare sathanico prorsus ore non dubitauit Pandorę pixidem: omnisq́ue adeò calamitatis fontem, & si Christo placet epitomen, immò pandectas errorũ & superstitionum. Senserat miser vno illo decreto & se, & suũ amasium Lutherum, & Syneuangelicos suos ad vnum omnes iugulatum prorsusq́; confectum, idcirco tam atrocia, vereq́ue Archilochica studio sacrilego in illud accumulare voluit maledicta suo Sathana magistro dignissima. Si non eadẽ verbi Dei machæra & drepanico verè prophetico synod' illa Nicęna, & ad vnã omnes Oecumenicæ aliæ sunt vsæ ad profligandas omnes omninò renouatorũ dogmatum pestes, meritò fortassis ista atrocissima sustineat Concil. Trid. conuitia. De quo ambigere nõ poterit, qui Panopliæ nostræ lib. 2. attentius perlegere non grauabitur. Quod te cùm latere nequeat, Chemniti, admiranda, immo execranda est tua ist hæc sathanica

nica maledicentia,qua iſtud ſaluberri mū decretū verè omnium hæreſeωn alexipharmacū appellare audes improbitate diabolica Pandoræ pixidem, & omnis calamitatis fontē. Ignoſcat tibi Deus propitius Chemniti: quia neſcis, immò quia ſcis, quod facis. Poſſet te iſta liberare amentia, ſi placidò queas animo cōſiderare, quod Cōcil. Trid. diſertè habet, nō omnia traditionum genera eſſe propterea pijs Eccleſiæ filijs ſuſcipienda, etiam quæ antiquitate quadā & generalitate nixa, titulum Apoſtolicæ traditionis mentiātur: ſed ea duntaxat, quæ continua ſucceſſione in Eccleſia Catholica tanquam oretenus ab ipſo Chriſto, vel à Spiritu Sancto dictata in hunc vſque diem catholicæ obſeruantur. An nō in his aut fidei, aut morum Traditionibus locum habere exiſtimes illud D. Auguſt. prçclarum in primis axioma: Quod vniuerſa tenet Eccleſia (inquit lib.cō. Donat.cap 23.) nec Concilijs inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, nō niſi authoritate Apoſtolica traditum rectiſſimè creditur. Rurſus, Cōſuetudinem non rebaptizandi hæreti-

cos de Apostolorum traditione venientem, non de scripturis, necessariò tamen obseruãdam: sicut multa (inquit contra Donatist. lib. 2. cap. 7.) non inueniuntur in literis eorum, neque in Cõcilijs posteriorum: & tamen quia per vniuersam custodiuntur Ecclesiam, nisi ab ipsis tradita & commendata creduntur. Aperi tandem Chemniti oculos tuos, aperi obsecro, & ipse diligẽter aspice, rimare, accuratè perquire, an nõ de illis Apostolicarum Traditionum capitibus dudum commemoratis idẽ nos verissimè asserimus, quod D. August. contra Donatistas clamabat & Pelagianos? Si nos idem contra impios Anabaptistas de paruulorũ Baptismo, cõtra sacrilegos Caluinistas, de vera corporis Dominici præsentia, cõtra Atheos Libertinos de animarum immortalitate, alijsue fidei Christianæ dogmatibus asserim⁹, cur tibi Pandoræ pixidẽ proferre videbimur, si eos non scripta, sed tacita traditione profligamus, euertimus, refutamus? An non tibi eadem, quam ore impio blasphemas, pixide argumenta venient petenda, si aut paruulo-

uulorum Baptiſmus, S. Crucis ſigno exornatus, aut hæreticorum reconciliatio citra baptiſmum iteratum, aut corporis Dominici in S. Euchariſtia præſentis adoratio tibi erit iuxta tui Lutheri doctrinam cum Aenhaltano, alijsq; preclaris tui Lutheraniſmi principib⁹ defendenda, & propugnanda? An Lutherum tuum, Melanchthonem tuũ, Brentium tuum, iſthac Pandoræ Poëticę pixide, immò calamitatis omnis fonte bibiſſe dixeris, quando mera traditione non ſcripta nixi, docet nobis concorditer, & Baptiſmum paruulorum retinendum, & ſcripturas diuinas ſine vllo ſcripturarum teſtimonio reuerenter ſuſcipiendas? Quis te adeò habeat inſanum, vt eos pari afficias contumelia, quam in Catholicos tuos hoſtes miſer odio veritatis ebrius euomuiſti? Sed ſi nec illorum te ab iſthac amentia reuocat reuerentia, quòd iuxta D. Pauli ſententiam, homines ſeductores in peius proficiunt, moueat te ſaltem tui amor, quo non mediocriter laboras infœlix. Si enim tuórum meminiſti verborum diſertè profiteris te admodum reueren

ter ab Ecclesia scripturas sacras suscipere. Rectè atque præclarè. Sed vnde obsecro tibi persuasum est Chēniti, te istud non ex illa, quam ore sacrilego dicis, Pandoræ pixide petere? Te pro Canonico Marci aut Lucæ, non Apocryphum Matthiæ aut Thomæ suscipere Euangelium? te pro Euangelio Matthæi non suscipere illud tam laudatum Euangelium Manichæi? Si quis tibi surgat Caluinista (quales sese audijsse narrant testes oculati) qui certum tibi atque nobis illud D. Lucæ inficietur Euangeliū, an non tibi necessariò erit vna nobiscū ad illam omnis Scripturæ basin, Stereoma (vti Basilius appellat) & firmamentum, vereque fundamentum cōfugiendum, Traditionem Ecclesiarum Dei non scriptam, sed ore Apostolorum nobis hucusque sine scripto transmissam? Quod dum te facere oporteat, quonam illum censeas nomine compellandum, qui te dixerit illa Pandoræ pixide vsum? Te illo de infausto calamitatis fonte bibisse, quod nō scriptā obijcias illi tuo ꝓ dogmate Traditionē, Quod tu illi hic pro tui patrocinio respōdeas,

tibi

tibi à nobis respōsum puta. Similis est in cōsideratæ nugacitatis, quòd disputationes Catholicorū de Traditionib. epitomē, imò Pādect. (si Christo placet) dicis errorū & superstitionū. Sed qs finis erit omnib. tuis maledictis respōdēdi, cū neq; finē neq; modū facias maledicēdi? Non pro erroribus, quos impiè dicis infœlix, non pro superstitionibus, quas cæco hæreticorum furore nobis scelerate affingis, digladiātur: sed pro auito illo Apostolicæ doctrinæ deposito, quod Paulus appellat. Quo nam tu igitur ore illa Christianæ doctrinæ dogmata infames siue erroris, siue superstitionis nomine, nihil moramur. Nobis satis superque est ad tranquillitatē animi tuendā, & indubiam Fidei certò Apostolicæ persuasionem conseruandā, quòd illas de Traditionib. disputationes cōtra nouatā vestrā hominū mēte corruptorū, imò dęmoniorū doctrinā pio sanctiss. antiquitatis, imò Euāgelicæ veritatis studio susceptas pspicuè agnoscim⁹ nō modo disertis Orthodoxorū PP. verbis, exēplisq; Synodicis cōsentire: sed liquidis etiā diuinarū Scripturarū

rum teſtimonijs congruere, atque germano illarum ſenſui vndequaque conſonare.

CAP. XI.

Olim diabolus inſidiabatur Chriſtianis prætextu falſarum traditionum. quarum titulo fucabat hæreticorum blaſphemias nunc pijs Dei filijs inſiciatur ex verarum traditionum abolitione.

EX his perſpicuũ fieri queat, quã ineptiat delirus iſte Chẽnitius, qui vt pios Lectores à religioſa venerandarũ Tradititionum obſeruatione abſtrahat, nugatur, ſemper ſanæ doctrinæ (inquit fol. 478.) & ſynceræ fidei Apoſtolorum periculum fuiſſe, ſtructis in ſidijs ex prætextu & titulo Traditionum. Negare quidem nullus poterit, qui veteris peritus eſt hiſtoriæ, quoſdam hæreticos ſuas blaſphemias hoc Traditionum titulo & callidè ornaſſe, & fallaciter fucaſſe: ſed eas Catholica Chriſti Eccleſia ſui memor depoſiti Apoſtolici nullo negotio cũ refutauit, tum in fumos ſuos redegit. Verùm ex iſtis Diaboli fraudulẽtis in ſidijs, ſanæ Apoſtolorũ doctrinæ ex Traditionum prætextu ſtructis, manifeſtũ fuit, quantũ authoritatis diuinæ in ipſis verè Apoſtolicis atque genuinis Eccleſiaſticis Traditionibus fuerit ſitum, quod nõ aliũde Sathanas ipſe impijs ſuis dogmatibus aliquẽ veriſimilitudinis colorem inducere

potue

potuerit, quàm ex ementitio, vereq; cõmentitio Apoſtolicarum Traditionũ titulo, quas agnoſcebat tanta apud pios vbique omnes eſſe in veneratione. Quòd ergo periculum Fidei Apoſtolicæ nunc contrario ſtudio, ſed ſimili fallacia fingit Chemnitius ex Traditionũ titulo, vanum eſt inane pijs omnibus, qui iuxta D. Irenæi conſilium omnium ſaluberrimum, veritatem ab Eccleſia diſcere volũt. Somniẽt homines quod volunt, inſidietur Sathanas, qua volet cumque ratione adulterandæ ſacræ Apoſtolorum doctrinæ, ſtruant inſidias piæ fidei Chriſtianæ, vnde velint, hæretici, nihil profecerint, modò velint Chriſtiani ſuam audire matrem Catholicam Chriſti Eccleſiam, quę ſuo magiſtro ex indubitatis ſimul & fallere neſcijs Chriſti ſponſi promiſſis ſpiritu ſancto nixa, & freta, & erudita nõ poteſt non meram ſuos filios docere veritatem Euangelicam, à Deo per Chriſtũ & Apoſtolos ipſi initio traditam, & tanquam depoſitum fideliter ad cuſtodiendum creditã. Cæterum quod metuit nugator iſte Chemnitius ex poſtre-

Retorquetur periculum à Chemnitio ſcelerate confictum in caput hereticorum qui electo Dei populo per Germaniam & alibi viam ad Antichriſtum ventitantem præparant.

mis hiſce mundi ruentis temporibus, ne quis à vero ſeducatur prætextu Traditionum, vanum videt periculũ, quiſquis ſuæ ſalutis fuerit ex animo ſtudioſus. Exclamat ſophiſtico ſchemate Chemnitius: Verſamur enim nunc in poſtremis temporibus, de quorum horrendis periculis, præcipuè quo ad doctrinam & fidem, Chriſtus & Apoſtoli triſtiſſima vaticinati ſunt.

Horrenda iſta pericula tibi tuiſque Syneuangelicis Catholica Chriſti Eccleſia debet, qui veſtra inconſtantia à paternis ſanæ Apoſtolicæque fidei dogmatibus, vento humanæ doctrinę circumducti, immo ſeducti, more aleatorum ſimplicioribus inſidiantium fratribus, noua & execranda diaboli ſeritis zizania. Porro triſtiſſima illa, quæ Chriſtum & Apoſtolos de his temporibus dicis vaticinatos, ingenti cum gemitu cogimur, eheu, agnoſcere: quæ tu tuis cum impijs Symmachis, veriſque tuis Chriſtomachis Euãgelicis iſtis ad vnum omnibus chariſſimæ Chriſti ſponſæ Catholicæ Dei Eccleſiæ diriter admodum atq; (prô dolor) planè atrociter

citer infligitis, & indies magis ac magis infligere non desinitis, noua in horas parientes schismata verè diabolica: quibus vnum illud Christi corpus lugendum in modum his luctuosiss. temporibus miserè scinditur, atrociter discerpitur, crudeliter dilaniatur. Sed quò plura fiunt vestro Sathanico studio Schismata & pugnātes inter se diaboli scholæ, sectarumque diuersarum Synagogæ hoc certior, & doctrinæ certò Euangelicæ fit securior vir pius æternę suæ per Christum salutis sollicitus. Videns enim illud in vobis impleri propheticum, Eccè Christus hic VVittembergæ. Eccè illic Ienæ, aut Geneuæ. Eccè Christus hic Heidelbergæ, aut Bremæ, aut Cracouiæ. Eccè illic Bruynsvvicæ, Vesalię, Hamburgi, Embdę: hoc accuratiùs illud Euangelicum Christi Domini mandatum Apostolis & nobis omnibus ipsorum discipulis præscriptū custodit, Nolite exire. Quo admonitus sese in illa Christi domo, & schola verè Apostolica cōtinet, quā Apostoli toto orbe in vnitate fidei olim collegerūt. Quā vnā in ista deploranda

Secta-

Sectarum vestrarum Euangelicarum tam variarum confusione plusquam Babylonica vbique attentus obseruat, & tanquàm verissimam exorta ista diabolicarũ hæreseωn tempestatè sanè validissima, Cynosuram fixis spectat oculis, sequitur securus, & indubitatò animo colit. Eam verò dum de germano atque vero consulit Christi Euangelio, videt admodum perspicuè, atque citra omne omnino falsi periculum, non alio argumento efficaciori, ne dicam euidentiori, immò minimè omnium fallaci, suis persuadere filijs sese vnum, germanum, genuinum, ac purum putum docere Christi Iesu Euangelium, ab Apostolis initio semel mundo annunciatum, quàm ex liquida non scripta suæ doctrinæ Traditione, atque indubitatò Christianorum populorum vbique omnium, & omnium hactenus adeò temporum eorũ consensu. Dum enim vos aliã atq; aliã adfertis suo quisque pro spiritu nouo Euangelij doctrinã, & loca scripturarũ eadẽ pugnãtibus inter vos magis quã cõtra illã trahitis, torquetis, dilaniatis sententijs, clarissima

ma pijs Christi filijs hinc elucet veritas, illam vnam verum tenere Christi Euangelium, quæ constanter profiteri pergit, quod ab Apostolis initio acceptum, toto non solum firmiter credendum seruat orbe: sed perpetua etiamnum sonat, voce.

CAP. XII.

Quantopere fides Christi nunc ex contrarijs diaboli sectis per Euangelicos renouatis cõfirmetur, & inuicta persistat in piorũ cordibus: quæ ex animo verum Christi quærunt Euangelium.

DE quo si quis ambigat, veteres P.P. Orthodoxorum consulat Codices, qui vno prorsus ore Catholicæ adhuc per occidentem obtinenti doctrinæ suffragantur, tanquàm ab Apostolis initio satæ ac magistro Christi spiritu in electorum Dei filiorum cordibus conseruatæ. Quàm Ecclesiasticæ doctrinæ cùm originem, tũ propagationem, tum conseruationem in hæc nouissima vsque tempora perdurantem, qui indubitatò cupiat cognoscere, atque Paulina plerophoria persuasum habere, non aliunde huius rei omnium præclarissimæ, iuxta ac omnium maximè necessariæ infallibilia colligat argumenta, quàm ex indubitatis Catholicæ Christi Ecclesiæ Traditionibus continua successione in eadem

per-

cur credat hoc Euangelium esse potiùs Matthæi, quàm Manichæi, atque illud præ hoc pijs incunctanter & indubitanter sequendum: quia sola & vna id testatur Catholica Christi Ecclesia, quã orandum esse, atque adeò sacrificandũ pro mortuis. Sicut enim contra falsum Manichæi Euangelium, nos sola munit & armat adeò Ecclesiæ traditio: ità contra Lutherum & cæteros omnes impios istos Syneuangelicos auitę fidei desertores, atque paternæ traditionis nouatores hæreticos:

PRoinde quantoperè deliret Chemnitius multis lachrymis deplorandus, inde liquet; quòd tãquàm fœdissimam Sathanici sui veneni, quo cor miser habet infœlicissimè imbutum. imò sauciatum, & intoxicatum euomuit in Patres Tridentinos purulentiam. Reprobam igitur mentem esse oportet; quæ relicta clarissima Scripturæ luce, tenebris incertarum Traditionum fidem suam concedere his periculosis temporibus persuaderi potest.

CAP. 13. Virulenta Chemnitij calumnia in concilium Tridentin. sycophantice protecta depellitur.

At quisnam te Chemniti per Christũ

N obsecro,

ribus Scriptoribus propò omnibus traducit: ſed ſaluberrimum illud etiam omnium huius ſeculi perturbatiſſimi venenorum alexipharmacum appellare ſathanico prorſus ore non dubitauit Pandorę pixidem: omniſque adeò calamitatis fontem, & ſi Chriſto placet epitomen, immò pandectas errorũ & ſuperſtitionum. Senſerat miſer vno illo decreto & ſe, & ſuũ amaſium Lutherum, & Syneuangelicos ſuos ad vnum omnes iugulatum prorſuſq; confectum, idcirco tam atrocia, vereque Archilochica ſtudio ſacrilego in illud accumulare voluit maledicta ſuo Sathana magiſtro digniſſima. Si non eadẽ verbi Dei machæra & drepanico verè prophetico ſynod9 illa Nicęna, & ad vnã omnes Oecumenicæ aliæ ſunt vſæ ad profligandas omnes omninò renouatorũ dogmatum peſtes, meritò fortaſſis iſta atrociſſima ſuſtineat Concil. Trid. conuitia. De quo ambigere nõ poterit, qui Panopliæ noſtræ lib. 2. attentius perlegere non grauabitur. Quod te cùm latere nequeat, Chemniti, admiranda, immo execranda eſt tua iſt hæc ſathanica

nica maledicentia, qua istud saluberrimũ decretũ verè omnium hæreseωn alexipharmacũ appellare audes improbitate diabolica Pandoræ pixidem, & omnis calamitatis fontē. Ignoscat tibi Deus propitius Chemniti: quia nescis, immò quia scis, quod facis. Posset te ista liberare amentia, si placidò queas animo cōsiderare, quod Cōcil. Trid. disertè habet, nō omnia ttaditionum genera esse propterea pijs Ecclesiæ filijs suscipienda, etiam quæ antiquitate quadā & generalitate nixa, titulum Apostolicæ traditionis mentiātur: sed ea duntaxat, quæ continua successione in Ecclesia Catholica tanquam oretenus ab ipso Christo, vel à Spiritu Sancto dictata in hunc vsque diem catholicæ obseruantur. An nō in his aut fidei, aut morum Traditionibus locum habere existimes illud D. August. prçclarum in primis axioma: Quod vniuersa tenet Ecclesia (inquit lib. cō. Donat. cap 23.) nec Concilijs institutum, sed semper retentum est, nō nisi authoritate Apostolica traditum rectissimè creditur. Rursus, Cōsuetudinem non rebaptizandi hæreti-

ſola verum Chriſti Ieſu Euangelium inuicta & nouit, & profitetur, & tuetur. A qua ſi quis veritatem deſideret cognoſcere, Synodos ei9 Oecumenicas conſulat, agnoſcet perſpicuè doctrinā eandem ſeſe ſuis in Chriſto filijs continua ſucceſsione tradidiſſe, & in noſtram hanc vſque omnium infœliciſsimam ætatem poſtremam, aut poſtremæ vicinam fideliter conſeruaſſe, quam initio ab ipſis CHRISTI Ieſu diſcipulis accepit. Fumos ergo illos, quos ex puteo abyſsi ſiue fœtida Lutheri ſui palude Saxonica huic clariſsimæ doctrinæ Chemnitius conatur offundere, ab exemplis Papiæ, aut Origenis, facilè agnoſcet euaneſcere, qui regulam à Tridentinis PP. diuina prudentia præſcriptā, non grauabitur attēto animo intueri, quod ea quę aut in Papia, aut in Origine, aut alijs nūc agnoſcuntur ſiue peregrina, ſiue min9 ſana, nec verè Apoſtolica, nō fuiſſe oretenus à Chriſto aut eius Spiritu ſancto dictata, nec continua ſucceſsione in Eccleſia Dei Catholica pro germanis Apoſtolorum Traditionibus

Ad exempla Chemnitij ex Papia aut Origenis traditionibus reſponſio.

conſeruata. Porrò quæ in DD. Baſil. Epipha. Hieron. & cæteros PP. Orthodoxos ſtolidè non minus quàm ſacrilegè Chemnitius deblaterat, quòd Traditiones quaſdam de ſigno S. Crucis, de Quadrageſimæ ieiunio, & Virginitatis voto, Catholicæ Chriſti Eccleſiæ pro Apoſtolicis obtruſerint, quas tamen aut ex hæreticorum libris aut ſcriptis apocryphis, aut Montani blaſphemijs hauſerint, ſuo loco aptiùs infrà refutabimus, aut appendice Apologetici noſtri: quando Deus ocium donare dignabitur, quod reſtanti laboris, longeq́ue diſputationis poſtulare videbitur.

O execrandam Chemnitij in omnes Patres orthodoxos blaſphemiam.


(.·.)

FINIS LIBRI SECVNDI STROMATVM.

TERTI.

TERTIVS STROMATVM VVILHEL. DAMASI LINDANI LIBER.

PRO SVAE PANOPLIAE Euangelicæ defensione, ad Cl. V. & Ven. D. S. Th. L. Iacobum Pamelium, Canon. Ecclesiæ Cathedralis Brugen.



VANDO mecum subinde considero, Vener. D. Canonice, totum Ecclesiæ nostræ Catholicæ corpus, & Collegia Canonicorum, qui vocantur, intueor, non leuis animo hinc oboritur dolor, quòd in tan- grege opulentissimorum & beatissimorum hominum, tam rari admodum reperiantur, qui seriò de conseruanda, egregiè ornanda, & viriliter propugnanda Dei domo laborāt. Suis enim dediti quisq;, nescio quibus, aut vanis studijs, aut inanibus secu-

li huius voluptatibus, ita ſuauiter plerique omnes vitam tranſigunt ſuam, ac ſi tantùm fruges conſumere, delitiari, helluari, eſſent nati. Quòd ſi de domo Dei non tam bellis imaginibus, aut egregijs tabulis, emblematibus, & ſignis, aut ſplendidis ædificijs (quod perpauci ſatagunt) quàm libris diuinis corrigendis, aut Bibliothecis paſsim nunc ſitu & incuria (prô dolor) pereuntibus conſeruandis atque inſtaurandis ornanda ſtudiosè cogitarent, Deus bone, quàm floreret ſubitò Catholica Dei Eccleſia, quot illuſtria prouenirent reuocando ad auitam pietatem Dei populo decora, & ſingularia ornamenta. Sunt per diuerſa Collegia non pauci docti & fœliciter literarum peritia eruditi, aut linguarū eruditione ornati, aut ſuperiorum diſciplinarum ſcientia liberaliter exculti.

Sed quid? Mox vbi opulentas impetrarunt Præbendas, ſuo ſeſe dant ocio parum ſancto, & quaſi ad laborum finem ſit peruentum, ita ſeſe gerunt ignaui, & functionum ferè omnium, potiſsimum ſacrorum ſtudiorum immunes.

munes. Quod dum fieri paſsim vident pij Dei cultores, an non ipſis rebus toti mundo voce diſerta iſti tantùm non clamant, vnum hunc ſe ſpectaſſe tota vita ſuperiore ſcopum, vt in opelenta & delicata Canonicorum Collegia, poſt ſtudiorum ſuorum curſum recepti, &, ſi non intruſi, certè illegitimis plerunque artibus ſuffecti, ſuo vni viuant ventri, ſuis indulgeant deſiderijs, ſuo delicientur in ocio, cuticulam bellè curantes, veſtibus ſplendidi, habitu comptuli, argento gemmatoque auro fulgidi. Hinc tot paſsim videre eſt, qui vitæ iſtius fluxæ dediti delicijs, plus curæ alendis ſuis, heu dolor, Thaidibus, equis & canibus impendunt, atque corradendis quo iure, quaque iniuria pecunijs ſtudent, quàm ſuis horis Canonicis aut religioſè legendis, aut ſcienter ac peritè intelligendis: maiorem vbique ventris, quam pectoris curam gerentes. Nã de potiſsimo ſuo ſacerdotali officio, atque ſacrificio illo tremẽdo, quotidie, aut alternis ſaltem diebus Deo Opt. pro Eccleſiæ tam laborantis, tam afflictæ, tam periclitan-

tis ſalute offerendo nulla, aut ſanè perexigua ex pleriſque cura: niſi peculiaris doloſi ſpes affulgeat nummi.

Proinde non ſatis meritò mirantur quidam deplorandam horum temporum luctuoſiſsimam calamitatem, qui tam graues irati DEI cauſas, & tam multas, eáque irrarum plenas non conſyderant. Hæc eò diximus Venerab. Domine, vt vigilantiam iſtorum Euangelijatque Eccleſię Chriſti hoſtium, nobis noſtrum in exitium dormientibus, admirandam & ignauam noſtrorum Canonicorum nimis altum ſtertentium ſegnitiem lugendam, imò execrandam demonſtrarem, iugibuſque lachrymis religioſo cuique viro deplorandam. Quis enim piorum iſtam primariorũ Eccleſiæ Chriſti ferè membrorum, deploratam, ne dicam deſperatã, deformationem ſalutaria ſuæ ſanitatis certò recuperandæ remedia contumaciter adeò reſpuẽtẽ ſine lachrymis aut videat, aut ſeriò ſecum cogitet, qui grauiſsimas manus Dei plagas hiſce Prouincijs meritò inflictas vel per tranſennam habet

perſpectas?

perſpectas? Sed benè habet, quod in Canonicorum ordine quidam reperiantur, qui ſui memores & nominis & loci, officium tam in Eccleſia, quàm domi præſtare ſeduli ſatagunt. Inter quos te hoc tempore principem ferè locum in Belgica tenere non inficiabitur, cui ſancti tui labores pro decore domus Dei exantlati, ſunt vel ex dimidio citra inuidiã noti: quos alijs recenſendos relinquimus, ne quid amicitiæ noſtræ, imò auribus tuis dediſſe iſti criminentur Momi, quorũ hodie, inter noſtros etiam, magna eſt natio. Præter aſſiduos tot annorum labores, caſtigãdis mira ſedulitate ac opera laudatiſsima. Orthodoxorum Patrum. D. Cypriani cũ ſuo magiſtro Tertulliano, Arnobij, Rabani & cæterorum libris impenſos, non contemnendas etiam ſcribis nouellarum iſtarum doctrinarum refutationes, doctas ſanè atque meo iudicio perquàm ſolidas, & luce, adeoque longa ætate digniſsimas: quarum ante annos aliquot mihi ſpecimen non pœnitendum exhibuiſti. Quas cur non inuulgaueris, ꝙ ſępius literis monuimus,

mirari ſatis nequeo, niſi quòd te hactenus tua reprimit tranquillioris ingenij modeſtia: quæ laboranti fratrum ſaluti non diutiùs debet eſſe fraudi. Itaque has ad te dare voluimus, quibus te non tam ceſſantem, quàm verecundia virginali cũctabundum, noſtris veluti calcaribus ad cœptum fœliciter curſum extimularemus, quò matri noſtræ illi afflictę, paupercule, atque conuulſæ Catholicæ Dei Eccleſiæ, quas potes, imò paratas iam dudum habuiſti, feras tandem ſuppetias, ne inani, imò inſano latrantium iſtorum moloſſorum, ſæuarumque Lyciſſarum latratu deterritus, in arenam prodire differas. Quàm enim futilibus nitantur captiunculis & argumentulis verè puerilibus in oppugnandis fidei noſtræ Chriſtianæ capitibus, potiſsimùm quòd in pio fratrum defunctorum auxilio in precibus atque ſacrificijs ſitum eſt, iampridem te cognouiſſe tuis ex doctiſsimis ſcriptis orbi liquet: ac nos ſequenti Stromatum libro tibi in amicitiæ non ſimulatæ pignus dedicato magis declarare ordine dudum cœpto pergimus.

INTER

INTER dogmata fidei Catholicæ à Patribus nobis tradita, illud cum primis hac furibunda Lutheranæ tempestatis procella exagitatur, quod est de pijs fratrum hac vita defunctorum precibus, atque Sacrificio sancti altaris, an ijs iuuari queant: an potius opus nō habeāt, vt nūc infaustam illam inferorum viam certa cum plurimorum pernicie, atque incomparabili exitio dilatantes nostri docent Euāgelici. Hac enim ratione puluillos sub omni cubito iuxta Prophetam cum illis priscis Pseudoprophetis consuentes, plurimam imperitorum hominum in vanis pereuntis istius sæculi delitijs, fœdisque carnis petulcæ voluptatibus viuētium colluuiem, nouo suo illiciunt Euangelio, quod ad perditionem certo certiùs miseros perducit. CAP. II.

Cur tam soliciti doceant noui isti magistri, populo placentis loquentes, non esse post hāc vitam purgatorium.

Caput istud Christianæ doctrinæ libro 3. Panopliæ manifestis aliquot veterum Patrum testimonijs constabiliuimus, atque ex Diuo Epiphanio etiam confirmauimus: qui eandem istam nouam doctrinam quasi Apostolicæ Traditioni aduersariam contra illum noua-

Cur D. Epiphanij locum à Lindano recitatum tanta rabie

aggrediatur Chemnitius oppugnare.

nouatorem Aërium hæresiarcham diligenter propupnauit. Eruditissima non minùs, quàm solidissima huius sancti Patris oratione cùm sese profligatum, funditusque euersam suam nouatam Lutheranorum doctrinam animo sentiret Chemnitius, omnes sui ingenij neruos sibi putauit intendendos, ne imperito Lectori veritate superatus videretur. Itaque Panopliam nostram renouatę Germanorũ Lutheri perfidia doctrinæ oppositã cũ locis sui arrogantissimi, ne dicam insani, in Concilium Trid. Examinis plus sexcẽtis, non modeò temerè atque stolidè, sed impudenter etiã, adeoq; calũniosè (vti suis ostendimus dudum huius operis, & aliorũ capitibus) arrodere fuisset aggressus, hoc in dogmate prorsus sese contra Catholicam Christi Ecclesiam furere orbi demonstrat. Proinde omnia sibi tela putauit infœlix adhibenda, quibus suam sibi porrò impediret salutem, ac paratã Apostolicæ veritatis discẽdę viã caliginosis inuolueret tenebris. Quæ igitur in D. Augustinum, & Chrysostomum, & Ambrosiũ cũ cæteris Orthodoxis

doxis Patribus Catholicæ Christi Ecclesiæ de purgatorio concorditer nobiscum sentientibus, insanis moliatur strophis, nos peculiari iãdudũ aggrediebamur scripto reuellere, solidisq; iuxtà ac liquidis rationibus refutare, vbi & hũc D. Epiphanij locum Aërianæ hereseos refutatorium nos oportebit pertractare pleniùs, quòd eum ab ipso fundamento Chemnitius conetur euertere, quod suo tẽpore nos facturos diuina indulgeat clementia. Verùm quia Theomach⁹ iste, tã effreni ac planè maledica hîc vti voluit lingua, nos scelerato clamitãs falsationis crimine teneri reos, nõ putauimus tantam diutiùs nobis sustinendam contumeliam, sed paucis retundendam blasphemam linguę istius intemperãtiss. maledicentiam. Cùm itaq; animo sentiret Chemnitius, sese manifestis diui Epiphanij conuictum immò prostratum verbis, quibus indubitatum asserit auxilium, q defunctis in Christo fratribus Christiani superstites salutariter ex liquida Apostolorũ doctrina adferre solent, duobus cuniculis istud tanti viri Orthodoxis

Chemnitius consentiẽtibus Orthodoxorum P P.

testimonijs victus ac prostratus clamat eos impijs imperiti vulgi cessisse erroribus, quos nec reprehendere fuerint ausi Tom.3.fol. 47.7.fol. 482.

thodoxis Patribus cōsentanei testimonium aggrediebatur labefactare. Agnoscens enim tandem, postquàm sese superuacaneis, ne insanis dicā, fatigasset laboribus, in detorquenda; immò adulteranda D. Epiphanij de hoc dogmate sententia, eum vulgi imperiti furioso exclamat ore cessisse erroribus. Quod ipsum iste impudenter temerarius homo, & de D. Augustino, & de D. Chrysostomo non veretur deblaterare. In istam enim SS. Patrum; blasphemiam, sua impura malè sibi sceleratarū suarum superiorum fraudum in dissertas ipsorum sententias nobis Catholicis suffragantes structarum conscia coëgit miserum hūc descendere, quòd desperaret se posse inuenire tam stupidos huius controuersiæ iudices, qui nō vel obiter auditis clarissimis D. Epiphanij & cæterorum PP. verbis; pronunciet idem illos nobiscum perspicuè, ac indubitanter sensisse, mortuorumque animas pijs superstitum fratrum precibus, & sacrificijs Ecclesiæ iuuari posse. Agnoscit igitur Chemnitius eos nobis quidem consentire, sed vulgi erroribus,

roribus,ait sacrilegus, cessisse. Propter vulgi opiniones(inquit fol. 477.) quas repræhendere non audet Epiphanius, & tamē cōfirmare nō potest, in suspenso hoc (an à peccatis mortui liberētur) reliquit,& de industria obscuritatibus (sicut textus legenti patet) inuoluit. Pari maledicentia in D D. August. & & Chrysostomum vsus, cùm dixisset, eos impijs(inquit fol.482.)vulgi opinionibus credere tandem cœpisse, addidit eos consuetudini plus concessisse, & orationes pro mortuis aliter, quàm veteres sine scriptura interpretatos. Horum SS. Patrum contumelia omnium indignissima erit nobis, vt dixi, oportuniùs alibi vindicanda, nunc ad D. Epiphanium conuertamur, quòd eum Chemnitius petulantissimè iuxtà ac contumeliosissimè omnium aggressus sit exagitare, fœdisque criminibus cōspurcare, atque sacrilegis corruptelis indignissimè defœdare, nosque deprauatæ illius interpretationis stolidè accusare. Quò igitur nouatum suum de purgatorio errorem Chemnitius in Aërio suo auo pridem damnatum ali-

gust.& Epiphanius locis dudum commemoratis demonstrant manifestiùs, quàm vt sit pluribus cum Lectoris fastidio persequenda. Deinde vt suo Aërio patrocinetur fœliciùs, altero eum impietates dogmate grauare non puduit. Ex orationibus enim pro mortuorum auxilio tunc publico de more Christiano fusis fingit Chemnitius, Aërium consequentiam falsę & impię sententiæ texuisse: nempe si quis in hac vita (inquit fol. 468.) nec Religionem ad Deum, nec charitatem ad homines coleret (hoc enim volunt duo verba ἐυσεϐεῖν & ἀγαθοποιεῖν) sed vel grauissima scelera cõmitteret, & sine remissione eorum in impœnitentia hinc discederet, modò post mortem peccatores aliquos haberet, non daturum ipsum in altera vita scelerum pœnas. Et hãc impiam sententiam Aërius falsò, & per calumniam Ecclesiæ tribuit, quasi ipsa hoc sensu, hac ratione, & hac de caussa pro mortuis oraret.

vt ab eo dissentire videatur.

Falsa duo Chemnitius suo hic ingratus discipulus asscribit Aërio, quòd mortuos in impœnitẽtia senserit posse

iuuari, & quòd hanc calumniam Ecclesię tribuerit. Nō ita insaniuit Chemniti, tuus Aërius, neque istam calumniam, quam tu ei calumniosè affingis, vt diuersum à vobis sensisse videatur, Catholicæ tribuit Ecclesiæ, sed ex vna auxilij, quod mortuis per orationes certò adfertur, specie absurdam quandam inferre conabatur: Si iuuari possunt mortui, inquiebat, superstitum precibus, nemo viuus benefaciat, sed moribundus sibi amicos paret, vt orent pro ipso, ne quid ibi patiatur. Vnde intelligere licet, Aërium eiusdem fuisse cum Luthero, siue potiùs cum degeneribus istis Lutheranis, qui suo & hic aduersantur Magistro, sententię, non posse post hāc vitam aliquem viuorum precibus adiuuari, quod D. Epiphanius tāquam Apostolicæ aduersarium doctrinę molitur refutare. Eum verò vt Chemnitius sacrilegè deprauare aggressus, sit, nunc expendamus. Vide autem quid Epiphanius (inquit fol. 468.) respondeat. Quòd si fuisset in Pontificiorum sententia, respondendum ipsi fuisset, orationibus illis omnino iuuari

Luthero suo degeneres repugnant discipuli, Chemnitius Illyricus & & alij aliquot.

Vide Apol. nostrū. li. 2.

ri mortuos. An non istud & pro nobis, & vnà nobiscum Aërio tuo, Chemniti, ille desertis verbis respondet? An non docet Christianos ideò pro fratribus mortuis orare, immò eorum peccantium in sacrificio tibi ignoto memoriam fieri, ἵνα τοῦ θεοῦ ἐλέους δεόμενοι, vt ipsis mortuis misericordiam Dei rogando & supplicando impetremus? Hoc illud est, quod in pugna contra Aërium dicit, prodesse mortuis orationes fratrum superstitum, vt misericordiùs hac de caussa cum eis agat, (quod & D. August. docet) quàm sunt promeriti, & prodesse quidem illas preces, licèt non totam aboleant pœnam. Hoc enim est diuinæ misericordiæ illis piè in Christo defunctis largiri, quod fusa pro illis deprecatione, viui fratres à Deo clemenmentissimo Patre supplicantes ambiunt.

HAc tam manifesta veritate apud D. Epiphanium solis luce clariùs effulgente cõuictus Chemnitius, modos subsannator impius enumerat, quib. Catholici docemus, mortuis peccata dimitti, siue per expiatiões, CAP. IIII.

Cùm de ipsa re constet de aliquot vocabulis stolide rixatur contentiosus Chemnitius.

siue propitiationes, siue ignis purgatorij redemptiones: quas alibi oportuniꝰ persequemur, nunc ipsam rem, hoc est iuuari mortuos piorum precibus posse euicisse contenti. Itaque subdolus subtexuit: Sed horum nihil Epiphanius respondet. O cæcam istam tuam Chemniti temeritatē, immò flagitiosam malignitatē, an non idem nobiscū tuo respōdet Aërio, precibus viuorū peccata mortuorum, licet non tota, præcidi ac decurtari? An non ait disertè, ideò illas viuorum preces Deo fundi, vt peccatoribus vita functis misericordiam orando impetremus? An non perspicua oratione affiirmat, prodesse mortuis pias viuorum fratrum pro ipsis apud Dei misericordiam precationes? Quid igitur referat, vtrum hæc Dei misericordia mortuis pia viuentiū deprecatione impetrata nominetur expiatio, propitiatio, an liberatio? Sed excipit Chemnitius. Imò in responsione hoc præsupponit Epiphaniꝰ, eos defunctos pro quibus superstites orant, esse & viuere apud Dominū, quod sumptum est ex 2. Cor. 5. Philip. 1. Lucæ 23. Quid nimirū Chemni-

Chemniti? Nisi essent, frustrà pro eis oraremus. Cęterum quod ait D. Epiphanius eos esse apud Dominum, non ita intellexit (sicuti nec loca abs te subnotata euincunt) vt ita nunc à morte omnes è vestigio adsint Domino, quasi eius nulla in digeāt aliqui misericordia. Nam verbis mox subiectis docet Epiphanius, quosdam fratrum hinc emigrantium adhuc in peregrinatione agere, quàm nondum totam expleuerunt, sed peccatorum remoris impediti pœnas pendunt, quas nos viui orantes, (inquit) & supplicantes studemus illis pia supplicatione deprecari. Siquidem ideo (inquit) fratrum peccatorum non iustorū, nec omnino sanctificatorum meminimus in Sacrificio ἵνα τοῦ θεοῦ ἐλεοὺς δεόμενοι, vt diuinam illis misericordiam deprecemur, quod locum no habet pro fratribus iustis, aut Sanctis Apostolis, & Martyribus, sed pro imperfectioribus, qui diuinæ post mortē etiam egent veniæ atque indulgentioris misericordiæ. Quo igitur magis suā orbi demonstrent insaniam Chemnitius, ita subtexere non pudebat: Quę hy-

pothesis responsionis (inquit fol.496.) simpliciter totum Purgatorium Pontificum euertit, ὅτ' ἀπελθόντες εἰσὶ καὶ ζῶσι παρὰ τῷ δεσπότῃ, quod scilicet illi, qui ex hac vita excedunt, sint & viuant apud Dominum nostrum Iesum Christum. Si ista D.Epiphanij hypothesis (mortui sunt, & non toti interierunt, immò viuunt apud Dominum, in cuius misericordia requiescunt à fratribus pium expectantes auxilium, qui toti à peregrinationis istius miseria expediantur, totique liberi in cœlum euolent) totũ euertit purgatorium, quonam modo igitur D. Epiphanius, Chemniti, docet, preces piorum ad impetrandam Dei misericordiam prodesse mortuis? Si prosunt mortuis piorum fratrum preces, necesse est nondum esse totos beatos, nondum vniuersis expiatos peccatorum sordibus, nondum omnibus absolutos suorum criminum reatibus. Si misericordiam Dei pro eis non frustrà deprecamur, nondum illa beata fruuntur fœlicitate, quæ opus non habet ignoscente atque indulgente misericordia, isto superstitum fratrum auxilio, &

Pios defunctos esse quodam sensu apud Dominum quia in itinere agũt, quo ad illum serio perue

& ſalutari tam precum, quàm illius tremendę victimæ ſacrificio impetranda. Vnà igitur cum iſta mortuorum apud Deum vita ſtat, eos poſſe iuuari pijs ſuperſtitum precibus, & cum peregrinatione ad Dominum, ſiue cum præſentia quadam apud Dominum poſt hanc vitam, ſtat eos nondum plenè, atque prorſus beatos adeſſe Domino. Quia iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, non ſolum nunc redaperto per beatam Chriſti mortem cœlorum regno: ſed etiam ante ſalutarem pijs omnibus eius mortem. Itaque apud Dominum eſſe poſt hanc vitam, non omnem excludit perueniendi remoram, ſiue itineris ad Dominum impediti, aut ad tempus ſuſpenſi impedimentum. Sunt ergò pij defuncti apud Dominum, in cuius manu ſunt, immò ſinu quodam & refrigerio propter indubiam vitæ immortalis, ac beatæ certò tandem per Chriſtum obtinendæ ſpem: ſed tanquã eò profecti, licet nondum perducti, aut tota ſui exilij peregrinatione defuncti.

nient. Sicut & olim Iuſtorum animæ in manu Dei erant licet nondũ præſentes.

CAP. V.

Semilacerã atque mutilatam D. Epiphanij ſententiã Chemnitius ſingit Aerio fuiſſe oppoſitam, dimidium fraudulenter occultans, quo ipſum cum Lutheranis liquidò & certò iugulat.

PRoinde mutilatam atque ſemilaceram fraudulenter recitat Chem-

nitius D. Epiphanij sententiã cùm addit: Hoc verò cùm Epiphanius tãquàm certũ, firmũ & fixũ principiũ fidei præsupponit. Immò Chemniti, suũ firmũ Fidei principiũ lõgè aliud, & ex diametro tibi contrariũ presupponit: nimirũ mortuorũ certò viuentiũ quosdã posse iuuari superstitũ precib⁹, & eorũ peccata, siue peccatorũ pœnas illic luẽdas nostris viuorũ precib. pcidi, & decurtari, & apud Deũ misericordiã illis impetrari: quod locum non habet in defunctis sanctis Apostolis, aut Martyribus, quẽadmodum D. Epiphanius ipse deserta sua mortuorum in sacrificio commemoratorum antithesi liquidò euincit. Nam si omnes mortui, & in Domino quiescentes essent pari post hanc statim vitam fœlicitate, siue extra omnem pęnarum luendarum rationem, non adderet vir Sanctus, quibusdam esse superstitum precibus à Deo petendã, siue veniam, siue misericordiam, quæ aliud non est, quàm restantium culparum expiatio, siue pœnarum solutio, & purgatorij siue ignis, siue cruciatus liberatio, atque redemptio.

Ex ipso D. Epiphanij discrimine, quod inter mortuos facit, liquet eũ docere prodesse quibusdam defunctis pias superstitum preces ad impetrandam Dei misericordiam, qua non egent Sancti.

Hisce

HIsce sophismatib⁹ probè defunctus, nūc caussas examinare pergit Chemnitius, propter quas orationes pro mortuis viriliter fieri à pijs nostris maioribus D. Epiphanius docuerit. Prima caussa extra controuersiam est, vt omnes meminerint, suæ in Deum fidei, ac fratres in Christo mortuos superesse viuos. Secundam exagitat Chemnitius, quod superstites pro mortuis orant, spem habentes tanquā de illis, qui in peregrinatione sunt. Hic me cōntortam D. Epiphanij deprauationem commentum esse exprobrat Chemnitius, quòd cum Orthodoxis patribus nostris quosdā defunctos fratres nostros dixerim in peregrinatione adhuc agere, orationibus adiuuandos, atque ad beatas illas Regni cœlestis sedes nondū peruenisse, tanquàm æquo minùs expurgatos, & omnibus reatuū suorum sordibus nōdum totos expiatos. An non sic totus Catholicæ Christi Ecclesiæ populus semper ab ipsis vsque Apostolorum temporibus credidit? an non sic vniuersus docet Orthodoxorum patrum tam Græcorū, quàm Latinorum

CAP. VII. Caussas priscarum Ecclesiæ orationū pro defunctis sophisticè examinat Chemnitius potissimam omnium silentio suo fraudulēter obruens.

norum Senatus? an non ipſe D. Epiphanius illis per omnia de ſalutaribus orationum & ſacrificiorum auxilijs mortuo fratri adferendis conſentaneus? An non ita ipſi Apoſtoli totam Chriſti ab initio vbique docuerunt Eccleſiā? Certè iſtos huius doctrinæ ſuæ teſtes citant D. Chryſoſt. homil. ad Philip. 1. Auguſt. ſer. 14. de verbis Apoſtoli. Epiphanius in Catholicæ fidei Epitome, vti alibi demonſtrauimus. Iſta cū ſunt notiora, quàm vt quis ſani capitis negari auſit, non puduit tamē Chemnitium adnotare me contorta deprauatione D. Epiphanium peruertere. Hoc loco (inquit fol. 470.) Lindanus ἀποδημίαν interpretatur lugendā peregrinationē à Domino tranſigendam in carcere purgatorij, vbi in igne luendum ſit ſupplicium pro peccatis, vnde orationibus viuorum ſint liberandi: ſed ſcelerata eſt hęc peruerſio & verbi, & ſenſus. Bona verba mi Chemniti, quęſo. Cur nam obſecro hæc ſcelerata eſt & verbi, & ſenſus peruerſio? An non D. Epiphanius diſertè ait nos ſpem habere de fratribus tanquàm in peregrinatione agētibus? nondum

calumnia Chemnitij in Lindanū atrociter proiecta eluitur

Vide Apol. noſtrū lib. 2.

dum

dum ergò ad eum beatitudinis cœlestis locum peruenerunt fratres illi omnes piè in Domino mortui, ad quem omnes sumus vocati. Donec illud ergò isti pijs superstitum precibus iuuandi ac misericordiæ diuinæ cõmendandi, vt eorum post hanc vitam misereatur, perueniant, in quadã adhuc peregrinatione agunt. Totum enim illud tempus, quod ante optatã beatitudinis diuinæ fruitionem intercurrit, peregrinatio est, quia nondum in specie, nondum facie ad faciem Dominum contemplantur, nondũ toti Domino præsentes agunt, nondum tetris exilij istius remoris omnibus sunt expediti, nondũ contractorum debitorum nexibus toti sunt exsoluti, liberati, expiati. Sed hanc peregrinationis interpretationem clamat Chemnitius sceleratam esse verbi sensus peruersionem. Nisi ita Orthodoxi patres ad vnum omnes mecum sentiunt, luam iustas tanti flagitij pœnas, ac vt sceleratus omnibus deprauator habear, non deprecor.

Peregrinatio mortuorũ quorundam nondum beatorum an sit à corpore tantum, an etiam à Domino: ad quẽ profecti plenius expiandi nondum peruenerunt

CAP. VII.

QVem Orthodoxorum patrum consensum mihi suffragantem cùm

Quod D. Paulum non cures Lindanus audet conuitiari Chemnitius.

cùm Chemnitio ſua teſtaretur conſcientia, ſcribit ore impudentiſsimos, me Patribus (ait fol. 471.) plus tribuere, quàm D. Paulo. O inauditam hominis temerarij audaciam. Sed atrocioris eſt ſceleris, quod pręmittit, quod ſi Paulũ Lindanus pro ſui ordinis profeſsione (inquit) non curraret, at ſaltem, cùm Patribus plus tribuat, cogitaſſet, &cæt. Ego ne, mi Chemniti, Paulũ non curarem? tantum Dei Apoſtolum? Vas illud electionis! Lumen illud omnium Eccleſiarum? Abſit mihi, omnibusq́ue pectoribus Chriſtianis tanta impietas. Pro ſui ordinis (inquit) profeſſione. Equidem nullum noui mei aut ordinis, aut profeſsionis, qui nõ ea colit D. Paulum pij animi veneratione, qua æquum eſt tantum Dei Apoſtolũ coli à Chriſtianis. Tu videris Chemniti, quam iſtius ſtolidiſsimi, immò maledicentiſsimi cõuitij rationem Chriſto Iudici ſis redditurus, qui & tibi præcipit, Nolite iudicare. Si quos habet tales mundus, mihi ſanè eſt ignotum. Equidem vulgi, aut improborũ rumuſculis fidem habere non didici. Ego ſanè

nè D. Paulum non modò, vti temerè admodum ſuſpicaris Chemniti, non curo: ſed ita curo, veneror, & colo, vt eius memoria mihi quotidiè extra penſum etiam Cano, horarum plus vicies, aut trecies recurrat ſuauiſsima cum humili patrocinij, Apoſtolicæque imitationis ſupplicatiuncula. Tantùm abeſt, vt ego D. Paulum non curem Chemniti, quem poſt D. Petrum ſuper omnes religioſa mente veneror, colo, & inuoco, Apoſtolos. At ſaltem (inquit) plus Patribus tribuat. Libéret hîc audire Sophum iſtum, quibuſnam argutijs ſui perſpicaciſsimi, & niſi fallitur ſua Philautia, Lyncæi ingenij Sophiſmatibus, vel aliquem poſſet iſtis ſtolidiſsimis coniecturis colorem inducere, nè ridiculus videatur Rhetorculus. Abſit mihi tanta inſania, Chemniti, vt Patribus contra ſuũ ipſorum iudicium manifeſtum, tam diſertum, pluſquàm D. Paulo vnquam tribuam: qui tantùm inter eos arbitror intereſſe grauiſs. authoritatis interſtitium, quantum eſt lunaris luminis ad ſplendorem ſolarem: quod ipſos Patres

Quod Patribus plus Lindanus tribuat, quàm D. Paulo exprobrare nõ veretur Chemnitius

re non vere tur Chemni tius. tres citra omnem inuidiam perlibẽter mihi concessuros nihil equidem addubitem. Cæterum illam suam coniecturam, de peregrinatione defunctorũ Chemnitius ex D. Paulo conatur stabilire. Nam Paulus (inquit) 2. Corinth. 5. disertè dicit, pios quando à corpore peregrinantur, præsentes adesse apud Dominum. Et idem diuerso respectu esse ἐνδημίαν & ἐκδημίαν. Quando enim in hac vita sumus, tunc domi sumus in corpore, sed peregrè absum⁹ à Domino, quãdo verò tabernaculum corporis deponimus, tunc peregrinamur à corpore, sed præsentes sumus apud Deum. Tunc quidem Chemniti à corpore peregrinamur, sed non ita è vestigio vniuersi præsentes sumus ad Dominum, vt facie ad faciem beatum illum Dei vultũ omnes contemplemur. Nam sunt, qui- *1. Cor 5. Malachia.* bus nouissimus quadrans exactori illi persoluendus est in itinere. Sunt quorũ pia opera sunt igne illo Paulino examinanda, sunt qui camino ignis erũt probandi, & fornace illa conflatoria examinandi, expiandi, expurgandi. Peregrinantnr ergo pij fratres vita functi à cor-

corpore, sed non vniuersi statim, & ilicò ad beatas Regni Christi sedes admittuntur: quo nihil intrabit coinquinatum, aut non dimissis violatæ diuinæ iustitiæ reatibus ahuc obnoxiū. Oportet enim quorundam fratrum pia opera detrimentum pati, quæ aridulo negligentiarum ligno sunt grauata, aut vili errorum stipula sunt confarcinata, aut fœtido peccatorum fœno deturpata, sed ipsi quidem salui erunt (vt Paulus docet) sic tamen quasi per ignem. Similiter nec illud subitaneam pioru͂ omnium in Christo fratrum saluationem, atque indilatam significat hoc ab exilio in cœlos euolationem, quod Chemnitius ex epistola ad Philip. adfert: Ita etiam mortem esse ἀπόλυσιν, discessionem scilicet ex hoc mundo, sed ita, vt piè mortuus, eo ipso quo ab hoc mundo discedit, sit cum Christo. Istud vocem Paulinam non significare docet senex ille iustus Symeon, qui excepto in vlnas Christo, efflagitabat ἀπολύειν dissolui, atque dimitti. Eadem enim Paulina voce vsum docet D. Lucas. Cęterùm mortem esse siue discessionem,

Apocalips.

Lucæ 2.

P siue

ſiue diſſolutionem, ſiue emigrationem, non negamus, quam cum Symeone illo Euangelico quotidiè nobis ad fauſtum diuinarum precum complementum exoptamus: ſed illud nos diuina cogunt negare Oracula, quod tuo de cerebro Chemniti, humana, ideoq; ſtulta ſeductus doctrina attexuiſti, mortuum piè eo ipſo, quo ab hoc mũdo diſcedit, eſſe cum Chriſto. Nam quoſdã piè mortuorum ſcriptura diuina, & indubitata SS. Apoſtolorum doctrina omnibus vbiq; terrarũ Chriſti Eccleſijs ab initio vſque cõſtanter iuxtà ac luculenter tradita, docet pijs ſuperſtitum precibus, & religioſis Eccleſiæ ſacrificijs iuuandos, atq; à peccatorũ nexibus abſoluendos, liberandos & expiandos, cui dogmati vniuerſus Eccleſiarum Chriſti conſenſus in hunc vſque diẽ aſtipulatur, & vetuſtiſſima conſuetudo ab Apoſtolorum vſq; tẽporib⁹ Chriſtiano ſemper populo vbiq; gentium obſeruata. Proinde vanum eſt, quod Chemnitius colligit: Epiphani⁹ (inquit fo. 471.) piè mortuũ dicit eſſe in peregrinatione; ſed cui⁹ reſpectu? Paulus

Iſtud, domi eſſe de ſuo im probè affin git D. Paulo Chemnitius: [illegible] dicat,

lus dicit respectu carnis & mundi huius, mortem esse peregrinationem; sed illa peregrinatione piè defunctos domi & præsentes esse apud Dominum, seu cū Christo. Sunt quidē sensu quodā illuc profecti apud Dominum, sicuti & veteres illi Sancti erant in manu Domini: licet essent ad tempus à Domino absentes, ad quem certò erant peruenturi. Paulus ergò dicit eos pręsentes, sed non oēs, neque statim & è uestigio vniuersos hinc piè in cælū versus emigrantes: quò peruenire ijs demum contingit, qui debitè expiati, omnibusque sordibus expurgati, aut remoris expediti, ad Deum puri, nullisque illic luendis pœnis obnoxij hinc euolant.

Sic semper cū Domino erimus quod nonnullā patiuntur quo usquedam imperfectiorū fratrū morum.

CAP. VIII.

Cauillationes Chemnitij in Lindanum sparsæ proteruiur, quod Paulo contradicat.

Ceterum quod addit Chemnitius, demiror quonam ore euomere in me non erubuerit: Lindanus verò aduersa (inquit) fronte contradicit Paulo. Absit Chemniti, absit mihi tanta insania, vt ego velim D. Paulo, vel Catholicæ atque Apostolicæ Christi Ecclesiæ aduersari, nedum contradicere: Sed hoc tam est ve ū, quàm illud quod superiori attexuit, nimirū

Falsum affingit Lindano Chemnitius.

me docere, Pios quando per mortem tabernaculũ huius corporis deponũt, tunc demum incidere in lugendam peregrinationem à Domino. O mirã vanissimi nugatoris inuerecundiã. Vbinam, quæso te Chẽniti, docui pios tunc demum in peregrinationem à Domino incidere? immò pristinã huius miseræ vitæ, ac tetrico exilio grauis peregrinationem doceo quibusdam non finiri, donec nouissimum soluerint quadrãtem, omnibusq; exoluti peccatorũ aut nexibus, aut culpis, aut remoris, aut debitis, toti in beatissimã illã sanctorum ciuium deuolent ciuitatem. Itaq; vt istam animarum suis à corporibus peregrinationẽ nõ negamus: ita alterã illam animæ à Deo peregrinationẽ frequenter in pijs alioqui, sed non purissimis hominibus locũ habere Catholica docet Ecclesia, indubitato pijs Dei verbo erudita. Quod igitur me ad Nazianzenũ relegat Chemnitius, à quo discenda sit illa animæ à corpore peregrinatio, placet conditio. Nos itaque hunc controuersiæ nostræ, si placet, sumam9 arbitrum. Docet Nazianzenus suum

fratrem

fratrem Cęſarium pium virum, inquit Chemnitius, peregrinari ab hoc mundo: quis negat? Immò addit animas illorum peregrinantiũ deponi apud Dominum & à Domino ſuſcipi. Iſtud de quibuſdam veriſſimum eſſe nullus Catholicus iuerit inficias. Verùm de omnibus fidelibus agitur quæſtio Chemniti, an oẽs Chriſtiani piè mortui è veſtigio ad cœlum euolent? Hîc ſi Nazianzenũ ſuum admittit arbitrum Chemnitius, cauſſa ſua tã elaborata cadet. Siquidem ipſe Naziãzenus ſeſe illi ſeueriſſimo præparans iudicio, cùm ſua deploraſſet peccata, huiuſq; vitæ miſeriam orat, vt ſeuerum illud ignis, qui iuxta D. Pauli ſententiã cuiuſq; opus poſt mortem probabit, examen poſſit euadere. Locus extat illuſtrius admodũ in aureis illis (ni fallor) iambicis Græco latinis à Iohanne Lango editis, ac Baſileæ impreſſis, quæ hic recitarem, ſi vaſtatam atque direptam, hoſtili Theomachorũ furore Bibliothecam licuiſſet diuino beneficio recuperare. In eandem igitur ſententiam accipiendũ eſt D. Gregorij Nazianzeni dictũ, in quã & Epiphanius:

us:qui vtramq; in quibusdā mortuorū animabus agnoscit peregrinationis speciem, vnam omnibus cōmunem, quæ est à corpore, siue ab hoc mundo: alteram à Domino, cui non adsunt omnes mox & euestigio à morte præsentes, nisi quibus nihil superest expiandum, aut nouissimi quadrantis persoluendum. Quod admodum paucis, hoc potissimum sæculo horridis elanguide charitatis frigoribus obrigescente contingere pijs notum est. Hanc aūt à D. Epiphanio intellectā fuisse inde liqueat, quod eos pijs fratrum superstitum orationibus adiuuandos doceat, vt Dei misericordiam vel post mortem cōsequātur: quod certissimum est argumentum, eos nondum suam istam totam à Domino peregrinationé absoluisse, atque eius miseria planè esse defunctos, qui ad consequendam optatam in paterno regno hæreditatem alienis adhuc opus habent precibus, veniæ paternæ, ac indulgentiæ diuinæ cōciliatricibus. Quę igitur Chemnitius insolenti admodū in nos conuitio deblaterat, me tanta impudentia, & tali (inquit) Episcopo

Conuitia muliebria Chemnitij in Lindanum Episcopum euomita deterguntur.


copo digna fingere, animas quorundã in supplicijs aliquandiu viuere, atque à Domino peregrinari: rursus, & verè Pontificiã esse hànc in D. Epiphanium falsationem, non mitra tantum, sed & galero, si fœtura gregem suppleuerit, dignã, nos Christi causa misero ignosci mus, Deum illi precantes propitium. Rideat vt volet amicus iste noster: Deridẽdo, subsanando, conuitiando mihi cœlestem illam coronam vel inuitus apud D. meum Christum auget, mercedemq; toleranti pro ipso maledicta cumulabit non mediocriter, si quid de exprobrata illa honorum fluxorum istius labentis vitæ fœtura respondero, mihi non credat. Illud igitur Chemniti seriò in aurem tibi coram Christo Iudice dixero, me nec mitræ abs te irrisæ, nec galeri tui Sardonici causa cõtrouersias has defendere, aut me vobis Christomachis, impijsque Dei hostibus, & infestis, si vnquam alias, Euangelij Christiani euersoribus hactenus opposuisse, ac Deo adiuuante semper almæ veritatis inimicis me ex animo, atque hac pro virili aduersaturum: sed

illius coronæ immortalis, ἀμαραντίνου & immarceſſibilis, quam Paſtorum Paſtor Chriſtus Ieſus reddet fidelibus ſui gregis Paſtoribus, & vigilantibus aduerſus vos lupos Euangelicos cuſtodibus.

1. Pet. 5.

CAP. IX

Ad conuitia relabitur Chemnitius ſolidis argumentis deſtitutus.



IAm lepidum illud Chemnitij Epiphonema audiamus: Sed talis eſt Pontificij Purgatorij veritas, vt niſi mendacijs defendi nō poſſit. Solidis deſtitutus argumentis, muliebria arripit arma, vt quod liquidis Orthodoxorum Patrum euertere nequit teſtimonijs, maledicis venenatæ linguę vexet conuitijs. Sed quodnam tandem dogma non afferat iſte inuerecundus calumniator mendacijs defenſum, cùm nullum ſit, quòd illuſtrioribus Patrum Orthodoxorum tam Græcorum, quàm Latinorum teſtimonijs ſacroſanctæ ſcripturæ, ac indubitatæ Apoſtolorum doctrinæ conformiter atque conſentaneè habeamus conſtabilitum. Vnde pijs omnibus perſpicuum euadat, eſſe veritatis Euangelicæ atque doctrinæ Apoſtolicæ caput credere cum Eccleſia CHRISTI Catholica,

quoſ

quosdam piè defunctorum in Christo fratrum pijs superstitum precibus adiuuari, vt à peccatis soluantur. Quod igitur D. Epiphanij verba de mortuorũ peregrinatione interpretatur Chemnitius, qua nos ad ipsos in Patriam accersamur, omninò contritum est, cùm eos iuuandos nostris doceat precibus, vt ad eam ipsis perficiendam, fœliciterque tandem absoluendam, quod Patris pietate possumus, adiuuemus Porrò D. Cypriani testimonium nos admittim⁹ de nostra ad Do. accersione: sed eiusdem testimonio alibi Purgatorium dedimus confirmatum. Scribit enim aurea illa ad Antonianum epist. 2. lib. 4. Aliud est ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire: aliud missum in carcere non exire inde, donec soluat nouissimum quadrantem: aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emendari, & purgari diu igne: aliud peccata omnia passione purgasse: aliud denique pendere in die iudicij ad sententiam Domini: aliud statim à Domino coronari.

Scelerate torquet D. Epiphanij verba clariss. Chemnitius.

D. Cyprian. purgatorium docet.

Vide Apologet: nostrũ lib. 2:

Non oẽs fideles statim suæ fidei & virtutis accipiunt mercedem Cypriano.

Agnoſcit igitur & D. Cypria. non oẽs piè in Chriſto hac corporis peregrinatione defunctos è veſtigio ad cœleſtem euolare patriam: quos non modò publicis precibus, ſed ſolenni etiam Eccleſiæ Chriſtianæ ſacrificio tã disertè ſcribit pótuiſſe adiuuari: quemadmodum nobis conſentaneè tota ſemper credidit Africana & ipſa adeò Catholica Chriſti Eccleſia. Habet autem hæc ſecunda D. Epiphanij cauſa, orationis pro mortuis non obſcurum teſtimonium quos ijs adiuuandos docet, quare falſum eſt, quod Chemnitius garrit hanc cauſam publicum dicere teſtimonium contra Purgatorium: ideoque Lindanum ſua falſatione conatum fuiſſe deprauare, ſed hanc calumniam nunc pijs lectoribus arbitror manifeſtioré, quàm vt ſit hoc loco pluribus refutanda.

CAP. X.

D. Epiphanium ſycophanticè criminatur Chẽnitius quòd de induſtria ſuã ſententiã obſcuritatib. inuoluat, cũ



Ertiam D. Epiphanij cauſſam deinde Chemnitius fide ſimili, qua ſecundam examinandam ſibi ſumit, ſed quia in ea disertioribus verbis pro nobis ille ſtat, quàm vt veriſimilem vllam admittant callidi impoſtoris deprauationem, ideò ſtropha plane

planè sophistica præfatur, eum verbis sanè obscuris hanc (inquit fol. 473.) caussam exposuisse. Obscurum simulat sceleratus impostor, quòd Solis luce fulget clarius. Væ qui lucem dicunt tenebras Chemniti. Sic furiosis verbis calumniatur eundem D. Epiphanium, Quòd de industria (inquit maledicus conuitiator fol. 477.) obscuratibus (sicut textum legenti patebit) inuoluit. Ita & paulò ante blaterabat eum hac in disputatione non apertè, & liberè ea quæ series disputationis postulabat, explicare.

ipse data operâ quartam illius causam silentio premat, quæ manifestam habet Purgatorij assertionẽ & indubium mortuorum in Christo auxilium.

Hic æqui rerum arbitri fuerit definire, vtrum insigniori fallacia, an sceleratiore malitia vtatur Chemnitius: qui vt imperitis lectoribus faciat fucum, data opera non modo perspicuã sese videre negat veritatem: sed quartam etiam dissimulat & silentio opprimit D. Epiphanij causam, cur mortuorum nomina in Christianis mysterijs recitantur, Ea vna sufficere potuisset pio lectori veritatis Euangelicæ studioso, sed hanc iste malitiosus tenebrio ad spargendas mendaciorum

ſuorum nebulas, ſuo maluit ſupprimere ſilentio, contenus tres enumeraſſe, quòd certò ſciret quartam ipſum diſertis D. Epiphanij verbis liquidò iugulare ſicuti mox liquebit manifeſtius. In tertia igitur etiam cauſſa vno verbo D. Epiphanius totam impij Aërij vna & Lutheranorum Tragœdiam contra Eccleſię dogmata de mortuorum auxilio per preces & ſacrificia præſtãdo motam euertit, ὠφελεῖ τε δὴ ἐπερ αὐτῶν γινομένη εὐχὴ, Prodeſt autem etiam illa, quæ pro ipſis fratribus hinc emigrantibus atque peregrinantibus fit oratio. An hic vllus tenebris, quas ſuis Cymmerijs Chemnitius ſe videre ſimulat atriores ſit locus? Tolle Chemniti, tolle iſtam horrendam cæcutientis Lutheraniſmi tuo de oculo Lemam, tolle iſtam Martine inuidiam Mauortij magis, quàm pacifici, aut verè Euangelici ſuffoſionem, ac veram Catholicæ Chriſti doctrinæ vbique terrarum etiamnum fulgentiſſimæ intuerè placida mente lucem: agnoſces Chriſto illuminante atque aſpirante (quàm tibi ô vtinam, tuiſque seductitijs Chriſti ouiculis om-

Defunctis in Christo fratribus prodesse orationes viuorum disertis verbis asserit D. Epiphanius, quod subdole dissimulat veteratorcallidus Chemnitius

omnibus tandem Deus citò largiatur propitius) nullam hic esse in perspicuis hisce D. Epiphanij verbis obscuritatē. Prodest verò inquit S. Pater etiam pro mortuis fusa oratio. Si prodest, audi obsecro Chemniti, attentus audi, certè vtilitatem ipsis mortuis fratribus aliquam præstat oratio Ecclesiæ: si vtilitatem adfert, ea obscura non est, quum Epiphanius disertè dicat, nos pro defunctis orare, vt Dei misericordiam illis deprecemur. Igitur quidā defunctorum opus habent Dei venia, opus habent Dei misericordia, qua ignoscat Clementissimus PATER filijs debitoribus, quod restat aut soluendum, aut luēdum, aut expiādum aut expurgādum.

An hic aliquam iustam mens non mala, & animus non malus, siue potius non in suam ipsius perniciem versutus & fallax inueniat obscuritatis accusationem? Eam prorsus tollit (si quæ fuerat) causa D. Epiphanij quarta, quod ideo catalogus mortuorum in solennibus Ecclesiæ precibus recitatur, vt fratribus vita functis, sed imperfectioribus

ribus, veniam peccatorum orando impetremus. Certè si oratio superstitum à pijs in Domino defunctis fratribus apud Deum prodest (quod D Epiphanium sensisse, vel ipse Chemnitius inuitus cogitur agnoscere, dum tragicis vocibus falsarius clamitat, eum impijs populi opinionibus cessisse (necessariò nondum sunt eo beatitudinis loco, vnde fugit luctus, labor, & dolor: sed in extremo quasi peregrinationis suæ absoluendæ limite costituti, atque nondum ad Do. beati perducti pendere atque exoluere coguntur, quod ex luendis contagiosæ huius vitæ reatibus, certisque peccatorum suorum debitis superest persoluendum.

Quod debitum cùm piæ fratrum superstitum preces apud clementissimum Patrem supplicando & commiserando soluant & imminuant, teste D. Epiphanio, proculdubiò illis prosunt viuorum orationes. Rectè igitur ac perspicuè, non minus quam verè D. Epiphanius docet, prodesse mortuis illam à superstitibus fratribus orationē Deo pro eis fusam, cui dogmati adijcit S. Pater,

Pater, Licet totam culpam (vti vertit Chemnitius) siue tota peccata non abscindat seu tollat. Hunc locum quia nos eadem sententia, sed verbis alijs conuerteramus, non potuit transire Chemnitius nisi venenatum suæ calumniæ nobis figeret dentem. Lindanus etiam ἀιτιάματα libenter vellet interpretari, pœnas seu supplicia luendorum peccatorum vt Epiphanium ita obtorto collo in Pontificiorũ purgatorium pertrahet, sed crimina, ob quæ quis accusatur hoc significari vocabulo, vel ex 25. cap. Acto. notum est.

Istud non negamus alicuibi vocem significare: sed Epiphanij sententiam hoc loco postulare ex fidei analogia & indubitata Ecclesiæ Apostolicæ doctrina demonstramus, vt pro supplicio, vel reatu peccatorũ accipiatur. Quia dicit Epiphanius ex parte crimina minui mortuis, siue orationibus viuorum crimina defunctis dimitti, quidem licet non plenè dimitti. Quod vocem αιτίας significare vel Budæo teste ostendimus, sicuti & culpæ nomen Latinis, teste Donato meritum sonat, non

non ſolum crimen. Quare fruſtrà diſputat Chemnitius, de Aërij ſententia: quē temerè fingit docuiſſe peccata impœnitentibus poſſe poſt hanc vitam orationibus viuorum remitti, vti ſuperiùs admonuimus. Sed ita oportuit Chēnitium falſa ſuo affingere Aërio, vt ab impia eius doctrina diuerſum videretur docere, ne pari olim cenſeatur fuiſſe percuſſus, Sathaniſque traditus cenſura Eccleſiaſtica. Norat alioquì nouatæ doctrinæ iſtius communione ſatis ſeſe in illo damnatum, niſi quandam diſſenſionis cauſſam imperito Lectori in ſpeciē offunderet. Hæc tertia igitur cauſſa à Epiphanio allata certò demonſtrat, Aërium idem negaſſe contra Eccleſiæ Apoſtolicæ doctrinam, quod nūc quidam Lutheranorum, nimirum nō poſſe defunctorum animas pijs ſuperſtitum orationibus adiuuari. Quod D. Epiphanius, non ſolum hac tertia cauſſa recitatorum in ſacrificio nominū defunctorum diſertè exponit: ſed etiā quarta cauſſa.

CAP. XI.

IDeo enim recitari etiā addit, vt Dei miſericordiā quibuſdā defunctorū

fratrum

fratrum animabus orãdo impetremus. Reliquos verò defunctos, quos à peccatoribus putamus ſegregatos, nominati ad Chriſti gloriã, vt eum ab omni peccantium ordine ſeparemus, illique ſoli hanc gloriam tribuamus, quòd omnis peccati fuerit prorſus expers, nulloque peccato, quod nos aut inuiti, aut volentes peccamus, contaminatus, quemadmodum D. Dionyſius Areopagita pleniùs exponit. Liquet ergò ex hac 4. D. Epiphanij cauſa prodeſſe mortuis pias viuorum orationes, quia diſertis verbis docet, ideò in myſterijs Chriſtianis (quod ex Apoſt. doctrina ortũ ſub finem huius cap. ſubindicat, ſicuti dudũ ex manifeſtioribus Orthodoxorum PP. Auguſtini, Chryſoſt. Athanaſij, atque Damaſceni teſtimonijs oſtẽdimus) mortuorũ fieri cõmemorationẽ, vt fratribus illis, qui cũ peccato hinc diſceſſerunt ὑπὲρ ἐλέους τοῦ θεοῦ δεόμενοι Dei miſericordiam orando impetremus. pro eis ſupplicando deprecemur, veniamque peccatorum nondum expiatorum aut remiſsorum precando conciliëmus. Multa enim peccamus

Quartam D. Epiphanij cauſſam fraudulenter diſſimulat Chẽnitius, cur nomina defunctorum in ſacrificijs miſſæ recitentur.

oēs siue inuiti, siue voluntariè. Quibus duabus peccati speciebus D. Epiphanius demõstrat, omnes mortales peccatorũ aliquorũ esse reos, nullosq; omni reatu liberos. Ideoq; adsit illud ὥςε ἐντέλεςερον σημανθῇ vt ꝙ leuissimũ est significetur, siue vt alij malunt, ꝙ perfectiss. est, prior vox manifestiorē humanorũ peccatorũ differentiã indicat, quòd multa peccamus etiã quasi nolētes, sed peccati quasi pondere pręssi, aut potius blanda surrepente libidine pręoccupati, aut inconsideratione, nec satis cauta vigilantia præcepti, & velut intercepti; posterior imperfectionem iustitiæ sanctorum, loquitur, nõ eam tam perfectam esse in hoc mũdo, quam Christi est. Vtrumq; verũ est, nos & volētes & inuitos multa peccare. Siue igitur illa D. Epiphanij vox τὸ ἐντελέςερον ad peccata referatur inuoluntaria, quæ obrependo, minusque vigilando peccamus: siue ad imperfectã iustorum iustitiam, nihil caussę, quę in præsens agitur, officit. Nam firmum stat illud D. Epiphanij fundamentum, quod pro auxilio fratrum cum peccatis mortuorum stabiliendo iecit, putà rectè.

recte, vtiliterque pro eis orari, quod cōmemorando eorum nomina ad diuinum ſacrificium, illis Dei miſericordiam deprecamur.

PRoinde cauſa non fuit, cur nos Chemnitius falſationis accuſaret, tragiciſque clamoribus traduceret, quòd vocem Epiphanij reddiderimus leuiſsimum, quaſi legendum ἐυτελέστερον ab ἐυτελέω per diphthongum ευ, quod ſcribarum, immò Typographorum characteres illas ευ, & εν, potiſſ. in vocibus compoſitis parum accuratè diſtinguentes, Lectori etiam attento lapſus occaſionem adferre queant, quemadmodum locis non paucis contingere norunt, qui vel à limine ſalutarunt Gręca, potiſsimū manu ſcripta, & typis minùs accuratis in lucem edita. Verùm ſiue vocem D. Epiphanij, quam diximus, vertas perfectiſſimum, ſiue leuiſsimum (nam vtrumque ſententia eius non malè patiatur) nihil obſtat dogmati, quod pio fratrum mortuorū auxilio patrocinatur, quale liberandis, atq; iuuandis illis adfert pia Eccleſiæ Catholicæ pro ipſis in Altari

CAP. XII. Obiectum falſarij crimen Lindano purgatur.

tari orantis commemoratio. Proinde conuitijs proſcindendi non ſunt, qui illam D. Epiphanij vocem per leuiſsimum reddendam putarunt, neque tãquàm falſarij traducendi: cum ſententiam dogmatis Catholici, de quo Epiphanius agit, non immutet, nedum tollat, aut obſcuret: ſed magis etiam illud illuſtrare oſtendatur, puta de iuſtitiæ humànæ imperfectione, quod illam leuiora peccata inuito etiam animo ſubinde obrepentia, contaminant, aut quodam imperfectionis quaſi pulueris quotidiani ſitu aſpergant. A vero namque haud alienum videbatur, D. Epiphanium ad illud verbi Dei oraculum alludere, quod D. Iob Deo commemorat ex 70. verſione, quemadmodum D. Cyrillus ſuæ Apologię prȩfatione ad Theodoſium Auguſtum recitat: Beatus Iob à Diabolo acerbis, inquit, & indicendis, ſiue infandis flagellationibus tentatus, voce interrupta, & ſingultanti ad Deum vociferans, dicit: Quare non feciſti obliuionem iniquitatis meæ, & mundationem peccati mei? Verùm obſignaſti iniquitates meas,

Multa nos inuitos peccare teſte D. Iob.

as, velut in crumena, notastique, si quid inuitus etiam prçuaricatus sum. Non ergò alienum est à D. Epiphanij sententia, quod vertimus, multa nos peccare etiam inuitos, vt quod leuissimum est significetur, quasi voluerit sanctos omnes varijs etiam teneri peccatorum suorum reatibus inuolutos, vt eo maior Christi gloria appareat, quam vbique à peccantium hominum grege separamus, qui eius vnius dono, perfectáque iustitia venit iustificandus & saluandus. Ex superioribus igitur perspicuum est, D. Epiphanium veras caussas pio Lectori satis liquidò exposuisse, cur nam mortuorũ nomina inter sacrificandum Christiana Ecclesia commemorat, nimirum vt eis peccatoribus Dei misericordiam orando impetret. Causam enim disertè docet, quòd Christiani ex verbo Dei docti, & Apostolica traditione instituti, credimus prodesse fratribus cum peccato hinc emigrantibus preces pro eis fusas, licèt non tota peccata abscindant, siue totas culpas tollant, & orãdo aboleant, quod fieri certum est, partim orãdo, partim

 tolerando,


tolerando, partim ignoſcendo, tādem clementer dimittendo. Cæterùm quòd obſcurando iſtam luculentam admodum Diui Epiphanij ſententiam fraudulenter Chemnitius annotat, dicens, orationes quæ pro mortuis fiunt, eſſe vtiles (inquit) non autem audit ipſis mortuis, planè ſtupidi eſt, ne dicam ſtolidi. Quibus enim ille Chemniti obſecro proſunt, niſi illis pro quibus fuſæ ſunt? Hoc enim alijs verbis Epiphanius exponit in quarta iſtius mortuorum commemorationis ad Dei altare cauſſa, fallendi ſtudia à Chemnitio ſacrilegè diſsimulata, dicens, Quod orando illius Dei miſericordiam impetramus. Si tam eſſet veritatis, quàm odioſæ contentionis ſtudioſus Chemnitius, potuiſſet ſuo phanatico errori clariſsimam attuliſſe lucem, ex perſpicuis Dionyſij Areopagitæ à ſe hac in re dudum commemorati verbis: quibus ſcopum harum myſticarum precum luculentiſsimè exponit. Teſtatur enim diſcipulus ille Apoſtolicus, Antiſtitem Chriſtianum precem ſacram ſuper mortuū peragere, & diui-

Dion. Areopagitæ cæcū ſantes Chēnitium, ſi ſuo teſti habere velit fidem.

nam

nam precari clementiam, vt cuncta dimittat per infirmitatem humanã admissa peccata defuncto. An & hîc delirus exclamat Chemnitius, non expressum cui ille pro mortuis preces sunt vtiles? An alijs obsecro, quàm pro quib⁹ sunt à superstitibus fratribus Deo Patri fusæ? vt illis exoratus ignoscat propiti⁹, & peccata defuncto dimittat. Hanc verò fuisse perpetuã Christianæ Ecclesiæ sententiã, nunc satis est demõstratum. Quare cæteris quæ Chemnitius contra Purgatorium insano molitur labore, quasi temporis progressu sit facta huius doctrinæ inclinatio, alibi prosequemur fusiùs. Illud satis sit, nos hic Chemnitium mendacij manifestissimi conuicisse, quod scribere ausit Diuum Epiphanium propter vulgi opiniones in suspenso reliquisse, an orationes superstitum pijs prosint defunctis in Christo fratribus: qui tã disertè affirmat, quosdam defunctorum pijs superstitum fratrum adiuuari precibus: quas ideò fusas illo sæculo testatur, vt Dei misericordiam illis defunctis orando deprecemur.

CA. XIII.



Rtificio simili sophistico pergit Chemnitius manifestas pro Catholica Dei Ecclesia cæterorum Patrum Orthodoxorum sententias deprauare, quemadmodũ de tam liquido S. Epiphanij testimonio contra Aërium nunc est demonstratum. Quod cùm huic loco esset importunũ, & opera immensa excresceret, eam peculiari scripto dudum informato assignauimus. Pro stabilienda Ecclesiæ Christi de Purgatorio doctrina opposuimus alicubi contra degeneres istos Lutheri discipulos, & personatos Confessionistas argumentum nõ inualidũ ex ipso Lutheri & Apologiæ Confessionis Augustanæ consensu. Nam capitibus nõ paucis, degeneres isti discipuli suo à magistro Luthero & Melanchthone, immò à iactata suo Confessione Augustana dissentire sibi sua pro libertate Euangelica permittunt. Postquàm igitur Chemnitius suam lusisset operam: in deprauãdo Dionysio Areopagita, qui tam disertis verbis ab ipsomet Chemnitio allegatis, docet: Dei clemẽtiam culpas defunctis ex benignitate, sin-

Ecce fides, Ecce Religio Euangelico digna viro, Chemnitius liquida Dio. Areopagitæ verba scelerate deprauat quibus testatur orare sacerdotẽ vt defunctis Deus peccata remittat.

singularique pietate condonare (sed fraudulẽter dissimulat Sophista istud, Sacerdotem in exequijs Dionysiacis à Deo precari, vt defuncto cuncta dimittat per infirmitatem humanã admissa peccata πάντα μὲν ἀφεῖναι ἡμαρτημένα τῷ κεκειμένῳ, vt mortuo fratri vniuersa remittat commissa) Postquàm igitur suam Chemnitius, inquam, in deprauando fœdissimè Areopagita lusisset operam, nũc ad illud Lutheri sui testimonium à nobis obiectum accedit peruertendũ. Eo enim mirificè perturbatus & lethali quasi ictu transuerberatus, ac tantùm nõ de mentis suæ statu deturbatus, post decem folia nugis, nescio quibus, ad fucum simpliciori lectori faciẽdum, oppleta tandem huic argumento respondere aggreditur. Sic enim initio capitis sui folio. 442. proposuerat. Et huic argumẽto, inquit, quod à precibus pro mortuis olim piè, vtiliterque fusis dúxerã, tantùm tribuit Lindanus, quòd scribere non veretur, Lutheranos, si sibi constare velint, non posse effugere, quin purgatorium concedere cogantur, eò quòd Apologia nostra dicat, nos non pro-

Argumentũ inexpugnabile ex Lutheri cõfeßione à Lindano cõfectũ, Chẽnitius conatur euertere sacrilegè sui magistri verba decurtans & sensũ adulterans, cũ doceat Lutherus iuuari animas posse pijs viuorum precibus.

prohibere orationē pro mortuis: quodque Lutherus etiā in Confeſſione ſua illam admittat. Vident autem omnes ſani nulla neceſſitate cōſequi, ſi Eccleſia orat pro mortuis: ergo animę defunctorū crucientur igne Purgatorij. Multæ enim aliæ cauſæ & longè alij fines huius orationis eſſe poſſunt. Sunt quidem, Chemniti & aliæ orationum pro mortuis cauſę, ſunt & alij fines, non inficior, ſed inter eos illum etiam aſſerimus, adeoque liquidis Orthodoxorum PP. ſententijs euincimus eſſe, qui principem ferè locum obtinet, quòd ſoluendis eorum delictis proſunt, aut abolendis peccatorum maculis cōducunt, aut impetrandæ à Deo veniæ non mediocriter ſuffragātur. Quod ipſum & Lutherus in ſuis fidei capitibus Cygnæa ſua illa cōfeſsione an. 44. ſub mortem editis profiteri, vt & anteà ſemper, non dubitauit. Quod argumentum, ſi quod aliud aduerſus Lutheranos verè Achillæū vt Chemnitius in ſpeciē redderet inualidius, ſubdolè non modò hîc & locum, & librū, & tempus æditæ iſtius Lutheranæ doctrinę diſsimulat, gnarus

Lutherus fo. 54. capitum ſuæ fidei ſub mortem ædita agnoſcit pro mortuis orandum vt Deus eis miſereatur. Achillæum Lindaui argumentū qua

gnarus quòd non leuiter gratos & cō-stantes discipulos extrema tanti Euangelici magistri vox, quasi Testamento legata pios soleat monere discipulos: sed illa etiam ipsa sui Lutheri verba fraude sacrilega supprimit, quæ perspicuè conuincunt, quonam sensu Lutherus docuerit orandum pro mortuis, eodem nimirum, quo nos Catholici. Sic enim fol. 54. Capitum suæ fidei legitur: Si eo sunt statu defunctorum animæ, Das jr zu helffen sey/ so sey jr genedig/ vt iuuari possint, Domine Deus miserere eis. Redarguebat Sophistam Chemnitium misera sua conscientia conuulsorijs almæ veritatis aculeis excarnificata, sese perspicuo sui Magistri Lutheri testimonio conuictum, orationes pro defunctis eo fine fuisse à Catholicis semper piè fusas, vt iuuari, pœnis liberari, debitisque solui possint. Varias cùm sibi hic declinandi istā læthalē sui magistri Lutheri plagā quæreret Chemnitius vias, aliā inuenit nullam, quàm vt sacrilegè illa mirè perspicua suppilaret verba, quæ lectori veritatis studioso verum talium orationum

strophá comabatur euertere Chemnitium.

Lutheri perspicuum pro Purgatorio testimonium Chemnitius & verbis sacrilegè mutilat, & sensu adulterat.

tionum pro defunctis fusarum scopũ manifestum ostenderẽt, germanumq; sensum liquidò exponerent. Quis nãq; vel Lutheranissimus ambigat de vero illarũ orationum funeralium vsu, qui suum illũ Euangelistã Lutherum audiat verbis tam disertis profitẽtem, immò sub vitæ finem, idq; in fidei suæ capitibus fol. 54. asserentem, Iuuari mortuos pijs viuorum precibus? Hæc igitur verba mendax Chemniti degeneris Lutherani iugulum certo cum interitu petẽtia infœlici illa Sathanę, vt mẽdaciorum, ità sacrilegiorum magistri sua bipenni constituit præcidenda, ne qua pio lectori veritatis studioso nasceretur suspitio, Lutherũ aliquid tribuisse funeralib. precibus efficaciæ, qua iuuari queant piæ defunctorum animæ. Altissimam igitur animo suo plagam ex illo sui Lutheri vulnere cum sentiret inflictam, multis verbis eam lectori studet occultare, atque nugamentis varijs quasi obruere, ne veritate superatus videatur. Sperabat enim se hac in caussa victorem videri posse, si alium quoque orationũ pro defunctis fusarum finẽ,

aut

aut vſum poſſet lectori demonſtrare. Sed nihil obſtat eiuſdem rei piæ varios eſſe pios vſus. Quare manifeſta eſt Chémnitij ſophiſtica, qua lectori minùs circumſpecto ſtudet imponere, dum ita poſt illud ex Luthero ſuo petitũ à nobis argumentum ſophiſticatur: Vident aũt omnes ſani (inquit) nulla neceſsitate conſequi, Si Eccleſia orat pro mortuis, ergò animæ defunctorum cruciãtur igne Purgatorij. Atqui Chemniti ſophiſtã agis, quem rectè noſtri maiores, veritatis furem definiuerunt. Aſſume igitur plena tui Lutheri verba à nobis cõtra te, tuiq; ſimiles degeneres Lutheri diſcipulos allegata, videbunt ſani omnes, quos dicis, & veritàtis amatores magna neceſſitate conſequi, quod nos inde colligimus: Si Eccleſia orat pro mortuis ea fide vt iuuari poſſint pijs precibus, ergò eo ſunt ſtatu, vt nondum ſint beatæ, vt reatibus implicatæ, vt pœnis luendis obnoxiæ. Alioqui ſi beatæ, quónam pacto Lutherus docet eas iuuari poſſe? Si non ſunt purgandæ, quorſum iuuantur orationibus? Si nõ ſunt igne Purgatorij liberandæ, quorſum

Si iuuari poſſunt animæ viuorũ precibus ex Lutheri doctrina, neceſſariò ſequitur eſſe Lutheranis credendũ poſt hãc vitam purgatorium.

ſum docet Lutherus pias has pro eis fũdi preces, vt Deus illarũ miſeratur? Cũ hoc aũt funeralium orationũ fine, ſiue pio illas iuuandi & Purgatorij cruciatibus liberandi vſu, ſtare nihil vetat, vt eædam orationes alios etiam habeant vſus : puta vt viuos conſolentur de animarum immortalitate, vt exhortentur ad accuratiorem vitæ puriùs gerendæ inſtitutionem, & ad mortuorum etiam encomia: de quibus nulla eſt controuerſia. Poſtquàm igitur multa Chemnitius per decem folia ſcelerarè conatus fuiſſet circa deprauandas Orationes pro defunctorum venia olim quaſi ad viuorum ſolatia, & mortuorum encomia, non auxilia, fuſas, ita ſuum ad Sophiſma dudum expoſitum relapſus, ſubtexuit: Et Lutherus in Confeſsione ſua in hanc ſententiam dicit, ꝓ mortuis (inquit fol. 460.) Quia ſcriptura nihil meminit, exiſtimo non eſſe peccatum ex libera deuotione, ita, vel ſimiliter orare, vt Deus animæ, ſi in tali ſtatu ſit, miſereatur, vtque ſatis ſit quando ſemel, vel bis illud factum fuerit. Illud, illud eſt Chemniti,

ti, quod agitur, an ideo preces pro defunctis piè fundantur, vt Deus animabus misereatur: quod nobis concorditer tuus Lutherus in vltimum vsque miseræ suæ vitæ tempus obtinuit immutatum: quemadmodum verbis abs te sacrilegè suppilatis hic addebat, vt iuuari possint. Scripserat enim varijs locis sese credere, immò scire Purgatorium esse, quemadmodum extat in captiuitate Babylonica, & actis Colloquij Lipsensis, & alibi passim verbis omni luce clarissimis. Quo sui Magistri Lutheri preiudicio adeò liquido, adeò manifesto, adeò vniuersam sophisticam respuēti, cùm sese Chemnitius ingratus discipulus iugulatum prorsus sentiret, suum ipse magistrum subsannare, rabideque oppugnare aggreditur. Scripserat illa sua Confessione Lutherus hunc in modum: Pro mortuis quia Scriptura nihil meminit, existimo non esse peccatum ex libera deuotione, ita, vel similiter orare, vt Deus animabus, si in tali statu sint, vt iuuari possint, misereatur. Hoc sui magistri Lutheri dogma tam liquidò Purgatorij

Ingratus Lutheri discipulus Chemnitius suū ipse magistrum Lutherū reprehendens oppugnabat.

gatorij doctrinam nobis consentanee statués, euersurus Chemnitius, ita quiritabundus eiulat: Sed tamen quorsum tandem euadant illa, quæ sine scriptura, licèt non mala pietatis specie instituuntur, & suscipiuntur, hæc ipsa Purgatorij historia ostendit. Quod Lutherus hoc loco asserit, scripturam nihil meminisse auxilij mortuis per preces, aut alia quacunque ratione afferendi, est ex primarijs nouatæ suæ doctrinæ hæreticæ capitibus: cùm solida extent verbi Dei testimonia, hanc Apostolicã & diuinam Christianæ scholæ doctrinam solis luce clariùs demonstrantia. Hoc igitur sibi à magistro Luthero cõcessum, & tanquàm Fidei articulũ donatum (quod omnis Christiana pernegat Ecclesia toto terrarum orbe diffusa) arripiens Chemnitius, in ipsum insurgere non dubitat, ac reprehensione graui, licèt parum verecũda, redarguere. Sed tamen (inquit) quorsum tãdem euadant illa &c. Quorsum obsecro Chemniti? quorsum euadant, quæ sine scriptura instituuntur & suscipiuntur? Vt nũc demus nõ reperiri dogma Pur-
gatorij

gatorij in scripturis(quod locis tã multis tã claris, tã perspicuis Orthodoxi Patres veteres omniũ & locorũ & temporum ab ipso vsque Apostolorum sæculo demonstrãt) ecquid obsecro periculi pijs est, quando vniuersa Christi Ecclesia tã certò, ac voce tam manifesta omnium in scriptis lecta contestantur, sese hanc piã suos fratres in Domino defunctos per preces,& sacrificium iuuandi rationem à Sanctis Apostolis ab ipso vsq; sui exordio vbique accepisse? Quorsum ergò euadant talia non scripta, sed certò ab Apostolis tradita dogmata, nisi vt Euangelicam Christi Iesu doctrinam Apostolorum ore vbique terrarũ concorditer plantatam stabiliant, foueant, perpetuamque conseruent? Quod vti hactenus in alijs Fidei dogmatibus læta experitur Ecclesia Catholica: ita & in isto Purgatorij capite, hactenus conseruato, sibi gratulatur in posterum quoque tuendum & propugnandum. Licèt infestas admodũ acies diabolus conetur contra illud instruere: Sed tantundem insano degeneris istius Lutherani

Matth. 15. Chemnitij clamore, futilique opera efficiet, quantum olim per ipsius auum Aërium, qui cùm plantationem non à Patre per Christum & Apostolos plantatam in orbem voluisset temerè inducere, suo est ipsemet stolido eradicatus conatu: ita nunc & Chemnitius & tota Diabolica nouatorum istorum cuiusque farinæ siue Lutheranæ, siue Caluinisticæ, siue Anabaptisticæ Synagoga magno Ecclesiæ gaudio, & illustri gloria, suo tandem tempore abolebitur procul dubiò. Fallere namque non potest illa Christi Domini promissio: Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus, eradicabitur.

CA. XIIII. PRo confirmanda hac Apostolica de Purgatorio doctrina, obieci degeneribus istis Confessionistis liquida etiam suę Confessionis Augustanę verba: quæ ita illic extant: Quòd verò allegāt Aduersarij, Patres de oblatione pro mortuis, scimus veteres loqui de oratione pro mortuis, quam nos non prohibemus. Hæc verò Chemnitius noua sua sophistica deprauare aggredi non dubitauit magna certà impudentia, ꝙ liquidum

liquidum adeò testimoniũ, audebat insano furore oppugnare. Tam enim manifestè agnoscit Apologia veteres Patres orasse pro iuuandis mortuis, vt illud nõ potuerit inficiari, immò vt piũ illud auxilium, quod per Missæ sacrificium Catholica docet Christi Ecclesia eisdem adferri, impiè aboleret, cõcedit Patres de auxilio, quod per piorum fratrum superstitum preces impẽditur, loquutos: non de auxilio, quod per Missę sacrificium illis cõtingat. Quod quàm sit à vera Orthodoxorum Patrum sentẽtia longè alienissimum, alibi copiosiùs demonstrauimus, quàm vt hîc refellatur, aut fusiùs tractetur: de quo vide Panopliã cap. 73. lib. 4. & Apologet. Tomo.2. cap.30. Concedit igitur Apologia Confessionis Augustanæ, Patres de orationibus pro mortuis loquutos: sed excipit Chemnitius ea verba suæ iuratæ Apologiæ in hanc sententiam accipienda, vt fuerint orationes illæ pro mortuis publicæ (inquit fol. 461.) celebrationes, viuentium institutiones, & exhortationes, & consolationes, & cõfirmationes lugentium. Si hoc tantùm

agebant, Chemniti, illæ Orthodoxorũ Patrum preces pro mortuis fusæ, quónam, precor, sensu vocantur igitur pro mortuis? cùm pro viuis potiùs sint appellandæ, quibus, vti ais, consolandis, instituendis, & confirmandis fuerint adhibitæ. Neque hic elabaris illis, quæ mox subtexuisti, subdolis verbis: Fuerunt & declarationes piarum affectionum animi erga defunctos. Bestialis enim ἀπάθεια esset, nihil affici morte suorum, nõ ipsis benè velle, & benè precari. Atqui si beati sunt, quorsum ipsis benè volumus? Si beata Christi pace, ac illa pijs Christi cultoribus promissa fruuntur fœlicitate, frustrà ipsis bona precamur: quod ijs tantùm fieri solet, qui nondum ea sunt consequuti, quæ benè precando illis optamus. Sed hęc omnia tamen (inquit Chemnitius) iuxta verbum moderanda sunt. Quonam precor modo sunt moderanda, quæ verbis adeò pugnantibus cum Dei verbo tam perplexè, immò contradictoriè interpretaris? Nemo enim fœlicibus precatur benè, nemo beatis vult benè, qui fõte bonorum omnium nũc fœlicissimè

perfruun-

perfruuntur. Quare vera est illorum veterum Patrum sententia, vt orationes pro mortuis fusæ illis prosint, ad percipiendam illam beatæ vitæ possessionem, ad quam nunc sunt quidem euocati, & itineris partem meliorem emensi, sed nondum optatum ad finē peruenêre, vbi illa plena potiantur beatitudine, à qua omnis exulat luctus, & fugit dolor. Quod Confessio Augustana suis satis declarat verbis, quando asserit veteres Patres loquutos de oratione pro mortuis, non de applicatione Cænę Domini, inquit, ex opere operato. Ex qua diuersorum auxiliorū mortuis per superstites afferendorum Antithesi, cordatis viris liquidū est, Apologiam Confessionis Augustanæ, non negare auxilium mortuis per pias viuentium fratrū preces: sed tantùm per applicationem Cęnæ Domini ex opere operato. Quod veritati Euangelicæ, ac doctrinæ Apostolicæ, totique Orthodoxorum Patrum consensui quantoperè aduersetur, huius non est loci ostēdere. Porrò illa dudum commemorata Apologiæ Confess. Augustanæ ver-

Vide Apolo. lib. 2. cap. 30.

ba in hanc ſententiam eſſe accipienda etiam illud teſtatur, quod inter plurimas cauſas, cur Euangelici quidam minimè obſcuri, aut ignobiles nouæ iſtius Sathanicę perfidię profeſſores, ſibi Auguſtanam Confeſsionem putarunt refutandam, etiam illa recenſetur, quòd in ſua Apologia hæc verba, Scimus veteres loqui de oratione pro mortuis, quam nos non prohibemus, cõtineat: quibus offenſi à Lutheranis ad Caluiniſtas defecerũt, quemadmodum Hieronymus Zanchus, inquit, ex Monacho Romani Monaſterij Cano. Laterã. factus Apoſtata, fuſiùs ſuis in Miſcellaneis demonſtrat, fol. 287. vbi varias adfert cauſas, cur ſibi à Confeſsione Auguſt. eiuſque Apologia, quam ſuæ manus ſubſcriptione Argentinæ approbarat, putauit diſcedẽdum, niſi pia interpretatione, inquit, atq; orthodoxè intelligatur pro ſuorum nouorum ſacrilegiorum figmentis.

Epilogus. Hîc Stromatum noſtrorũ finis eſto, donec Deus Opt. plus largiatur ocij, quod refellendis nugatorijs Chemnitij & aliorũ cauillationibus impendamus.

mus. Proprio enim opere ſingula Concilij Trident. dogmata, ſi Chriſtus fauerit perſequi cōſtituimus: quorum propediem de Virginitate, votiſq; Monaſticis in lucē dabimus. Deinde dogma de Sanctorum inuocatione, atque purgatorio erit aduerſus Sathanicas illius ſycophantias propugnandū: quod opus nuper rudiùs conceptum, nonnihil prolixioris poſtulat temporis. Interea Lector candide his fruere, & nos Chriſto Domino, cuius vnius gloriæ noſter ſudare ſatagit labor, aſſiduis commendato precibus.

(.·.)

Vale. Ruremundæ, poſtridie animarum. Anno 1574.

FINIS.



